MVSICAE EPITOME EX GLAREANI DODECACHORDO

Vnà cum

QVINQVE VOCVM MELODIIS SVPER EIVSDEM GLAREANI PANEGYRICO DE HELVEticarum XIII urbium laudibus, per Manfredum Barbarinum Coregiensem.



BASILEAE.

IOANNES Litauicus Vuonnegger Lectori S.

ITA res ſunt mortalium optime Lector, in ęrumnoſo hoc ergaſtulo,

Aequè homines male habent, cũ pleno copiæ cornu
Fundit ab excelſo mitiſsima munera cœlo. Vt ille ait.

Aequè inquam, atq; cum ea, quę neceſſaria nobis uidentur, deſunt. Ante hanc, aut alteram etiam ætatem,

cum paſsim literæ bonæ, ac omnes diſciplinæ è ſqualida barbarie erui, ac non infeliciter toto orbe ἀναζωπυ-ρεῖσθαι ceperunt: denique pro ſe in ſua quiſq; facultate certatim operam darent, ut indies nitidius aliquid in publicum prodiret. Spes ingens erat mox fore, ut magno cum fructu hominibus artes bonæ, ac honeſtæ diſciplinæ innoteſcerent. Sed ecce præter omnium ſpem, humani generis hoſtis Dæmon, orbem, ut ſolet, aggreſſus, diſſenſionibus immiſſis ita turbauit, ut propemodum nobis optãdum prius ſeculum fuerit. Emerſerunt homines hac noſtra tẽpeſtate, pernicioſi rerum humana-

rum

rum alaſtores, qui omnia literarum ſtudia damnarent, omneis diſciplinas contemnerent, deniq; totã philoſophiam pedibus calcarent, præ ſtolida, quam improbis animis conceperunt, opinione, idq; ſub ſancti Euangelij prætextu, ſtultum eſſe clamitantes, diſcere Grammaticam, linguarum notitiam inanem, Dialecticam garrulam, mathematica omnia pluſquam uana. Atque eò tandem uenere, ut etiam diuinos cantus è templis exploderent: & uel ineptos quoſdam garritus ſupponerent, uel prorſus omnem concentum omitterent. Sed de horum ho-

minum insania ꝓspiciet Christus. De Musica mihi dicendum hoc loco, quæ hodie immeritò exilium patitur. Et quanquam sunt permulti, qui nostra ætate de ea scripta prodidere, tamen eius artis uera fundamẽta ignorarunt. De uocum permutatione, ut uocãt, uulgaria elocuti, nõ ab uno aliquo nunc primum, sed à multis doctoribus per multos annos ad Chori usum & tradita & uulgata, quæ quidem necessaria uidebantur aliquot seculis docuere. uerùm ea omnia postremo in tantam uenere corruptionem, ut nemo hodie certum de uero cantu iudicium dare,

dare, nec quiſquam in codicibus perperam notata, ex arte emendare poſſet. Quod inde potiſsimum accidit, quòd ipſum Muſices ſcopum unicum ac præcipuum neſciunt, nempe Modorum ſolidam cognitionem. Cuius ignorantiæ cauſa eſt, quòd fontem ipſum, Boetium inquam & ſimiles cùm latinos tum Græcos non petunt. Cum Boetius mirus huius artis opifex, totum Muſices negotium direxerit ad conſummatam Modorum cognitionem, ut planè uidere eſt apud eundem libro IIII. Et eſt ſanè in nulla alia ſcientia tantum faſtus, quã

in Musica, nec alibi opinatores per=
uicaciores ac arrogantiores, qui, ut
plusculũ usus habent in cantu, mox
supercilium induunt, ac uelut Ari=
starchi arrepta ferula nihil non au=
dent & docere & pręcipere: ut exem
pli gratia, qui docent omnium Mo=
dorum confinaleis claueis (ita enim
uocant, esse in Quinta, cum sint in
quarta, quod in hac epitome capite
XII luculenter ostendetur. Modo=
rum hercle naturam ex septem Dia=
pason speciebus uenari oportet, si=
quidem certam ac indubitatam prę
ceptionem promere placuerit, non
sequi uulgatas decognoscẽdis Mo=
dis

dis regulas. Cantus enim positio-
ne uariantur, sepe etiam ab indoctis
ac audaculis corrumpuntur. Verū
his relictis ad huius editionis ratio-
nem progrediamur: Cum Glarea-
nus de uera Modorum cognitione,
re fere deplorata, tria magna uolu-
mina emiserit, nec in omnium, præ-
sertim pauperum facultate sit, ut ea
sibi comparent opera, uisum est mi
hi succurrendum esse multitudini,
ut illud scitu dignissimum in lucem
ueniat, ac iuuentus discat, inuitis se-
nibus, qui ea discere nolunt ac con-
temnunt. Hoc igitur certo promit-
timus lectori, nihil in hac Epitome

 omis-

omiſſum eſſe, quod ad ueram mo-
dorum cognitionem, in Glareani li
bris traditam, pertineat, niſi quod
illic magnificẽtius ac copioſius om-
nia perſcripta leguntur. Hic uerò
ad praxin omnia, multa item ad
Theoricen utilia ex eodem adiecta
ſunt. Modorum diſcrimen luculen
tum eſt propoſitum: Eccleſiæ in IX
Modis intonationes non neglectæ,
regulis ac præceptionibus adpoſi-
ti ſunt Typi, ut, niſi prorſus ſit ſti-
pes, facile ſe quiſque expediat. Of-
fenderunt quoſdam Chriſtiana ex-
empla, quæ Glareanus Muſicæ ſuę
impoſuit. Verùm ſi aut Ethnica,
aut

aut ſcurrilia adduxiſſet, ijdem facilè toleraſſent, etiam minus rem declarantia. Ita mundus eſt. Quid facias? Quiſquis hanc artem diſcere uelit, non tam ad uerba, quàm ad uoces attendat neceſſe eſt. Quid ergo ad rem attinet, quæ ſub notulis ſint uerba? modò notulæ Modum ac cantus naturam demonſtrent, ſed maligni ſpiritus inuidia hoc procuratum eſt, ut opus pium ſub hoc prętextu opprimeretur. Diſcite igitur optimi Iuuenes, ea quę ab octingentis plus minus annis delituerunt (quãquam in omnium ore eſſent) ueram Modorum Muſicorum naturam

turam ad Dei optimi Maximiq́ glo riam, & ſit felix quod illius benigni- tate noſtra ætate in lucem prodijt. Nunc uerborũ ſatis eſt, rem ipſam bonis auibus aggrediamur. Fri- burgi Briſgoæ Anno Do- mini 1559. Calend. Februarij.

Ex Glareani Dodeca-
CHORDO EPITOME
ſiue compendium.

De Muſices diuiſione ac definitione. Cap. I.


MVſica eſt duplex: Theorice & Practice. Theorice eſt, definitore Boëtio libro *V.* Cap. *I.* facultas, differentias acutorum & grauium ſonorum ſenſu ac ratione perpendens. Practice uerò, eſt rectè modulandi ſcientia, ut diuus ait Auguſtinus. Porrò Practice quoq; duplex eſt. Vna, quæ planũ, ut uocant, ac ſimplicem docet cantum, uulgò Gregorianum dictum, quo frequenter in Choro utimur. Altera, quæ Cantum notis uariegatum tractat, quem quidam figuralem, nonnulli menſuralem uocant, non modò uarijs inſtitutum notulis, ſed etiam plurimis uocibus in imo & ſublimi conſonantibus. Nos nunc quidem de ſimplici cantu præceptiones dabimus, quæ in menſurali æquè neceſſariæ fuerint, atq; in ſimplici. Poſtea etiam de figurali dicturi.

Practices Musices elementa, initia ac fundamentum. *Cap. II.*

OMnium quæ in cantu sunt, uocum, sex omnino sunt ~~longa~~, quæ tamen ipsa sæpe etiam, uoces dicuntur. Ea sunt Vt, Re, Mi, Fa, Sol, La, in ordinem uel scalæ, uel ut cuiq; placitum est, ponēda, cum *VII.* literis primis, quibus & in Calendario uti solemus, A, b, c, d, e, f, g, singulis quidem literis, adpositis uocibus. Atq; ea quidem constitutio ex literis singulis, & siue una, siue pluribus uocibus, clauis uocatur, ut postea trademus. Quidam in sinistram manum ponunt: quæ res, etsi impeditior est, quàm si quis in scalam ordinet, mihi tamen haud displicet, potissimum ea de causa, quòd suam homo secum fert manum, & in ea talia etiam in tenebris experiri impensè delectatur. Vt autem sciatur hanc disciplinam, ut alias omneis à Græcis nobis esse, Guido Aretinus, uir industrius, cum hunc ordinem primum institueret, in imo posuit uocem Vt, præscripta tertia Græcorum litera Γ. Vt sit prima Clauis Γ ut. Mox cum maiusculis *VII.* literis A, B, C, D, E, F, G, uoces adijciēs, primum ipsi A, coniunxit Re, sed in spacio, & supra, non super lineam. Atque ita facta est secunda clauis A re. Reliquas inde claues hoc disposuit ordine

ordine B mi, C faut, D solre, E lami, F faut, G solreut, alamire, b fa ♮ mi, c solfaut, d lasolre, e lami, f faut, g solreut, Aa lamire, Bb fa ♮ mi, Cc solfa, Dd lasol, Eela. Sunt igitur XX claues, una græca Γ ut, deinde *VII.* maiusculis literis, *VII.* minusculis, & *V.* geminatis. Est autem idem sermo, si quis dixerit A magnum siue Are, item a paruū, siue alamire. G magnum siue G sol re ut, imò uerò solis literis A & a, C & c claues sæpe indicamus. Porrò inter has sex uoces, tres Vt Re Mi inferiores, tres item Fa Sol La superiores uocātur. Rursus Vt cum fa, Re cum sol, Mi cum la, eiusdem naturæ creduntur, imò καθολικῶς quarta quæq; uox à quarta eiusdē dicitur naturæ. Quod autem quidam Vt fa molleis, Re sol naturales, Mi la duras uocant uoces, nulla uera ratione dicunt. Illud potius pueris notandum, atq; inculcandum, in sex uocum progressu proximam quamq; uocem à proxima distare Tono, exceptis mi fa simul connexis, quæ connexio uocatur semitonium minus. In summa Vt Re est Tonus: Re Mi Tonus, Mi fa Semitonium minus, Fa sol Tonus, Sol là Tonus. Sanè Tonum ac Semitoniū minus, utrunque nosse, multum profuerit initiantibus, quippe ex quibus omnia, quæ capite octauo copiosius tractabimus, interualla componuntur. Hu-

ius ergo rei ſit hæc ſimplex deſcriptio, cum tribus Diateſſaron, id eſt, quartæ ſpeciebus. Re ſol, mi la, & ut fa.




Ecla



VI. Voces.

VII Literæ essentiales

F



A B C D E F G

a b c d e f g

Aa Bb Cc Dd Ee

ut re mi fa ſol la la ſol fa mi re ut.

Quæ in Guidonis constitutione siue scala, siue manu exarata, tyronibus consyderanda. Cap. III.

POsitis igitur ad literas uocibus, ut præmissæ indicant formulæ, nascuntur quæ claues nominantur, essentia duntaxat *VII.* sed repetitione in manu xx. literis tamen differentibus pictæ. Primæ quidem *VII.* post Γ ut maiusculis, Sequentes *VII.* minusculis, Quinque uero ultimæ geminatis. Vnde appellationes A magnum pro Are, a paruum pro alamire, quemadmodum & antè dictum est. Poterat uero in longissimum produci spacium hæc constitutio septem literis cum uocibus subinde repetitis, sed humanæ uocis limites intra hanc probè continentur. Hic magnopere iuuenibus consyderandum, ut uocum interualla bene notare ac probè dignoscere discant, numerandi ratione etiam uulgò celebrata. Distantia enim clauis à proxima uocatur Secunda: à tertia, Tertia: à quarta, Quarta: inde simili appellatione Quinta, Sexta, Septima, Octaua, Nona, Decima, Vndecima, Duodecima, Decimatertia, Decimaquarta, Decimaquinta, hoc est, dupla octaua, ut uulgus uocat, græcè Δὶς διὰ πασῶν, ut postea docebimus capite *VIII.* In uniuersum à litera ad literam eiusdem speciei proximam perpetuò est Octaua, à Γ ut ad Gsol-

reut,


reut,ab Are ad alamire, ac ita in ſequentibus. Vbi hæc communiſsima regula pueris inculcanda eſt, quæ ita ſonat: De Octauis idem eſt iudicium, quod tam de uocibus, quàm de natura cantus intelligitur. Sicut enim in G ſolreut tres ſunt uoces, ita omnino & in Γ ut, etiamſi ibi non ponuntur, quod in uniuerſum de litera ad proximam eiuſdem ſpeciei literam intelligendum. Et ut in alamire tres ſunt uoces, ita in Are, etiamſi ſola re ibi poſita ſit. Et ſupremis clauib. Eela mi ſuſcipit ut elami. Imò quod plus mirandum, uoces extra hanc Guidonis conſtitutionem, ſi quando in cantilenis plurium uocum contingunt, uel ſupernè in Cantu, uel infernè in Baſi, ex Octauis ſunt iudicandæ. Sicut enim ſupra e, eſt f, ita ſupra Ee erit Ff: & ſicut infra G eſt F, ita infra Γ eſt f. Nec tamen hæ uoces fictæ ſunt dicendæ, ut falsò uulgò creduntur. Atqui hæ uoces rectè appellantur fictæ, quæ nec in claui ſunt, ubi ſæpe tamen uſurpantur, nec in octaua eius, ut la in F, aut Fa in E.

De Clauibus. Cap. IIII.


CLauis haud dubiè, à ferrea claue ſumpta metaphora, dicta eſt, nempe, ut hæc ſeram, ita

illa cantum aperiat. Quando autem permolestum esset omneis initio uersuum claues signare, duæ communiter F & c marginibus apponi solent, quæ Signatæ à Musicis dicuntur. Nonnunquã g in cantu mensurali, ut uocant. Porrò his inspectis facile est reliquas ex his comparatione habita iudicare. Γ ut autem signare, superuacaneum est. Cognitis autem his clauibus, initia cantuum facilè noscentur. Ibi tum si cantus ascendat, sumantur inferiores uoces: sin descendat, superiores. Curandum uerò huius artis tyronibus, ut interuallis assuescant, rectè ea exprimendo, ne prolatis uocibus fa mi, canamus fa re, aut sol re, pro sol ut, quod sæpe fieri uidemus. Ad eam autem rem rectè stabiliendam, inuentæ sunt deductiones, quas uocant, ab nescio quo uiro, certè ingenioso ac docto, ad omne exercitium in hac arte oppidò utiles. Eas initiantibus inculcandas in primis ad os formandum censeo. Assuescant enim sic ad omnem cantum firmiter exprimendum. Eæ septem sunt ad hunc modum.


Primæ




Primæ deductionis exemplum ex Γ ut




Secundæ deductionis exemplum ex C faut.







Tertiæ deductionis exemplum ex F fa ut.




Quartæ





Quartæ deductionis exemplum ex G ſol re ut




reſpondens primæ.













Quintæ deductionis exemplum ex c ſol fa ut
reſpondens




respondens secundæ.









Sextæ deductionis exemplum ex f faut




respondens tertiæ.






Septimæ deductionis exemplum ex g ſol reut




reſpondens Quartæ.



HIc admonendi ſunt puerorum præceptores, curent ut pueri aſſueſcant noſcere differentiam Tonorum ac Semitoniorũ, quod lucu‑
enter oſtendi poteſt in quouis propemodum can
u, uno ſaltem tono uel ſemitonio leuato aut de‑
preſſo


presso ex naturali sua sede siue claue. Vt si quis Pange lingua in D incipiat, aut Requiem in E, aut a: Ditono altius. Verùm hoc diligēter præceptori indicasse sat erit. Notulas etiam pingere ex arte docet Franchinus Actiuæ Musices capite II. Simplices uocans non ligatas, ligatas autem compositas. Et compositarum notularum tres ponit differentias, initio, medio ac fine. Ab initio duas uelut regulas. Ascendente enim secunda, prima absq; cauda pernotanda est, ut hic B. At secunda descendente, prior caudam habet à sinistro latere descendentem, ut hic C. In medio nulla cauda, sed uel quadrato, uel obliquato corpore iunguntur, ut hic D. In fine trifariam pernotãtur. Aut enim ultima descendit, & tũ absq; cauda est, ut hic E. Aut ascẽdit, idq; bifariã: uel perpẽdiculo superior pingitur, ut hic F. uel ab latere dextro, & sic sẽper habet caudã ut hic G.




B C



D E





Germani nostra ætate notulas ut clauos pingunt, non satis artificiosè à prisco pingendi more. Cœnobia tamen quædam antiquam seruant picturam, Et sunt hæc ferè in Cantorum arbitrio.

De quinque Tetrachordis, & tribus modulandi generibus. Cap. V.

Viginti clauium aut etiam plurium ambitus haberi potest in una chorda, unde & nomen Monochordo. De cuius artificiali diuisione quingentis annis multorum huius artis professorum sunt traditiones, & nostra item ætate, ut Glareani libr. I. Musicæ capite *XIX*. Potest etiam in Trichordo

chordo haberi omnium clauium ordo, ut ad cantum uulgatum sufficit. Item in Tetrachordis, Pentachordis ac Hexachordis, hodie Polonicas lyras & lutinas uocant, quæ nostra ætate inclauerunt. Sed nos uetera commemorabimus. Apud priscos quidem in duplicis octauæ, quæ scalam Græcam comprehendit, ordine erant V tetrachorda, Mi la quarta constituta, quasi dicas quinque Mi la. Quatuor connexo ac uero ordine, unum autem extraordinarium: Quatuor quidem binis connexionibus, cum singulis tonis implebant octauas. Vt ex primo Mi la ex ♮ mi in Elami: item secundũ Mi la ex Elami ad alamire, cum tono inferne ab Are ad Bmi annexo, fiebat octaua ex Are in alamire. Eodem modo ex mi in bfa♮mi ad e paruum & ex eodem e paruo ad Aa, duo iterũ Tetrachorda Mi la cũ tono inferne annexo, ex a paruo ad mi in b paruo, efficiunt alteram octauam ab a paruo ad Aa geminum. atq; ita duæ octauæ ab Are ad Aalamire integrant omnium consonantiarũ corpus, maximumq; in Musicis Systema, uulgo decimaquinta siue dupla octaua, a Græcis Δὶς διὰ πασῶν, quasi dicas, bis per omneis, nempe chordas essentiales a b c d e f g. Extra ordinarium autem Tetrachordum est ex mi in a paruo ad la in d paruo, quali

lia multa etiam alibi innecti possent, ut est uidere in uulgatis organis. Et ipse Guido supra Græcum ordinem superne alterum adiecit. Porro primum in recto ordine Tetrachordum ex ♮ magno ad E magnum uocatur Hypaton, id est, principalium siue grauissimarum chordarum. Secūdum ex E magno in a paruū Meson, id est, mediarum. Tertiū non in uero ordine, sed extra ordinarium ab a paruo ad d paruum est Synemmenon, id est, cōnexarū chordarum, nempe cum a. Quartum ab mi in b paruo ad la in e paruo Diezeugmenon, id est, disiunctarum, nempe ab a, quia tono. Quintum ab e ad Aa Hyperbolæō, id est, excellentiū siue acutissimarū. Hic summopere attendendū, Tetrachordum Synemmenon non esse de essentia (ut aiunt philosophi) musicæ scalæ, imo quantum ad Modorum faciliorem cognitionem, ac cātus Gregoriani certiorem cognitionē attinet, etiam omissum oportuit: multum enim turbat initiantium studium. Triplici aūt de causa illud introductū fuit opinor. Primum ob cantus permutationem in diuersam qualitatem aut diuersum Systema, ut ex Diezeugmenon Tetrachordo in Synemmenon. Hodie uocāt ex cantu duro in mollem transitionem. Altera causa est ob euitandum Tritonum, Diatonico generi

ineptum, de quibus in ſequentibus luculentius dicturi ſumus. Contingeret autem Tritonus inter F magnum ac b paruum, ſi quidem ibi non eſſet fa. Tertia cauſa: Quoties pluribus uocib. inſtituitur cantio, ut ſit Tenoris leuandi locus in quartã Clauem, ut non mutetur eius ſyſtema, & ut Baſis intra ſcalam maneat, quod in Dorio ac Hypodorio fieri (ſi quidem in octauam deſcẽdat) nequit. Id autem in ſimplici cantu non erat opus, ubi omnes Modi pulcherrimè in ſcala ſuis diſtincti clauibus permãſiſſent, neq; unquã confuſi fuiſſent Aeolius cũ Dorio, Ionicus cum Lydio, aut Plagij eorũ inter ſe ad Dominorum æmulationem: Nec *IIII.* duntaxat finales claues eſſent, ſed omnes præter B. ubi tamen duo Nothi, ut dictum eſt, finiuntur. Cæterum Synemmenon locum habet nõ ſolum in a paruo, ſed & magno & gemino. Et de gemino exemplum eſt apud Guidonem, de cæteris locis apud organarios. Verum hæc ad præceptores ſcribimus, neq; enim opus eſt iuuentutem primum his terrere magis quam inſtruere. Porrò hic notandum: Cum primũ homines aſcenſu ac deſcenſu uocũ ordinem æqua ac rationabili diuiſione inſtituere uellent, (niſi quis id natura magis quam arte factum contendat, ut hæc ſcientia media ab Ariſtotele cenſetur) inuenire

nire nullum commodiorem potuisse processum, quam ut post minus Semitonium, Tonum ac Tonum apponerēt, ut est in quarta Mi fa sol la. Vnde & nomen ei generi Diatonico, tres enim toni ordine, nisi mox ab altera parte adieceris semitonium, duriter auribus insonant. Duæ sanè Diapente species Mi mi ac Fa fa (sed adiectis hic supernè, illic infernè Semitonijs) tres habent tonos, uerum non uno saltu. Si autē Tetrachordorū progressio fieret per Semitonium minus, Semitonium maius, ac postremum tribus Semitonijs, siue, quod idem est, Semiditono, dicetur Chromaticum, eo hodie organarij ac ludiones in Syncopis utūtur. Denique si per Diesin ac Diesin, hoc est, Semitonij minoris dimidium (de quibus omnibus cap. X. differemus) ac Ditono procedatur, erit enharmonium, quo nemo nūc utitur. Verum hæc nimis alta, & initiātibus non admodum necessaria, omitti possunt, modo Diatonicum probè intelligatur. Volumus tamen trium generum typum ponere per unum Tetrachordum, ut per totam scalam deinde similis coniectura capiatur.

diatonicum genus

chromaticum

Diesin

enharmonicum

	♮	C	D	E
	Sem.mi.	Tonus	Tonus	
Diatonicum	Hypate Hypaton	Parhypate hypaton	Lychanos. Hypato	Hypate meson
	Se.min	Sem.mai.	Semiditonus	
Chromaticū	Hypate hypaton	Parhypate hypaton	Lichanos hypaton	Hypate meson
	Semi	Dia	DITONVS	
Enharmonicum	Hypate hypaton	Parhypate hypaton	Lichanos hypaton	Hypate meson

Tetrachordum Hypaton.

De uo-

De uocum permutationibus per omneis claues. Cap. VI.

mutation

QVandó autem unica deductio non satis est ad cantus ascensum ac descensum, uocum, hoc est, sex syllabarum ut re mi fa sol la, permutatio inuenta est, per totius scalæ claues, hoc sané modo, ut deductiones mutuis óffici*j*s sese leuẽt. Cum enim prima deductio finiatur in Elami, secũda ei succurrit, similis naturæ uoce mi cum la. Est enim quarta quæq; uox in omni deductione á quarta eiusdem naturæ, ut superius capite secundo dictum est. Hic uerò multis regulis ac præceptionibus simplicem confundere traditionem, non uidetur operæprecium. Vno canône totum negocium facilè intelligitur, nempe: quoties ascenditur, superior uox mutatur in inferiorem: cõtrà cum descenditur, inferior in superiorem. Exempli gratia, ascendendo la in mi, sol in re, fa in ut. Contrà descendendo mi in la, re in sol, ut in fa. Cuius rei in clauibus duarum uocum IIII. hæc sint exempla.


Clauium duarum uocum exempla.



AT in clauibus quæ ternas habent uoces unica cautione opus eſt, (quando ſæpe duæ inferiores ſunt,ut in g ac a,aliquãdo duæ ſuperiores ut in c ac d) ut b fa ♮ mi clauem diligenter reſpiciamus,ex ea enim facilè ſciemus uocum elicere permutationem. Nam in ea aliquando mi canitur, aliquando fa. Quòd ſi mi eſt in b, aſcendendo in G ſolreut,ſol mutabitur in ut,non in re. Sin fa fuerit in b,ſol mutabitur in re. Ita de alamire dicendũ, nã ſi mi fuerit in b,la mutanda eſt in re:ſin fa in b fuerit,la in mi commutabitur. Eodem modo in deſcendendo conſyderandum. Nam ſi mi fuerit in b, certè

certè in d sol, in c fa canemus. Sin in b fa fuerit, in d la, in c sol sumemus. Dicet aliquis, unde scire poterò quando fa, quando mi in b cantandum? Respondetur: Quoties à margine per totam cantionem, aut in medio ad peculiareis aliquot notulas, perexiguum omnino b ponitur in ipsa b claui, tum fa ibi cantandum. Sin uerò nil signi ponitur, mi omnino ibi canetur. Quod in uniuersum ita erat, si cātus in suis naturalibus sedibus permansisset. Verū postq̄ in quartam quamq; clauem leuati sunt, admoto tetrachordo synemmeno, contigit illud in b claui discrimē. Quòd si quis reclamet, quid si falso ponatur b, quid si temerè omittatur? Respondetur, neminem id emendare posse, q̄ eum qui Modorum naturam probè perspectam habeat, quod paucissimis, etiam qui Musica profitentur, datum est: maximè hac ætate nostra, in qua uera Modorum cognitio, unicus huius artis scopus, mirè negligitur, etiam ab ijs, qui editis libellis de Modis scribere tentarūt. Sed nos per Dei gratiam huic rei medebimur pro uirili in sequentibus, nihilq; indiscussum relinquemus, quod ad ueram Modorum naturam, ac ut philosophi loquuntur, essentiam pertineat. Nunc hic nuda permutationum exempla ponamus, quæ rem satis explicabunt.


Clauium ternas habentium uoces exempla.






c c

ADdunt Muſici in longis ſaltibus nullam fieri mutationem, ut in octauis, ſeptimis ac ſextis, ſed ſimpliciter ibi prehendendas eſſe uoces, ut claues ſeſe offerant. Nuſquam plus negocij eſt, quàm ubi cantus natura uariatur, ut ex Lydio in Ionicum, & Dorio in Aeolium, aut cōtrà, quemadmodum in gradualibus, quæ uocant, uidemus. Vbi ad euitandum Tritonum, uno ſaltu inſuauē, ſæpe ea ſit mutatio, ut hoc Franchini patet exēplo.



IN b claui nulla ſit mutatio, cum duæ uoces in ea diſtent Apotome hoc eſt, Semitonio maiore, de quo capite X. latius dicetur. Et cantus ita inſtitutus, ut nullum ſit mutandi niſi in b effugium, ſanè ineptus eſt, maximè in diatonico quo nunc utimur genere. Huius exemplum tale, arte factum, ex eodem Franchino adpoſuimus.



De clauium ſignatarum tranſpoſitione. Cap. VII.

COnſueuerunt ueteres omnem cantum quaternis pernotare lineis, & ſufficiebant ſanè ad regulatum cantum, qui intra octauam concluditur. Verùm poſtq̃ bina Modorum ſyſtemata in unum connexa ſunt cantum, neceſſe fuit quinis cantum pernotare lineis, quæ & ipſæ nonnunquam


quam non sufficiunt. Hic una cautione negocium intelligitur, ut uideat quis in qua claue ante mutatam clauem prior stet notula. Item in qua posterior, & facta ita comparatione facilè iudicabit quantum cesserit notula. Nam Musicorum regula est, Quantum clauis ascenderit, tantum notulam descendere: & cõtrà, quantũ clauis descenderit, tãtum notulã ascendere, hoc est, tantò altius presiusúe cãtari notulam. Atqui hæc nunc fieri desiìt: est enim importuna. Ad uitãdum aũt errorem, quidam clauem indicatoriam ante mutatam clauem ponunt: aliì, quod pulcherrimum est, quando fieri potest, initio uersuum claueis transponunt. Optimum uidetur lineas supernè inferneúe adiìcere, si quando usus exigit. Res exercitato cantori non admodum difficilis. Exempla ubiq; obuia sunt.

De interuallis Musicis & quomodo consonantiarum species sumendæ. Cap. VIII.

QVæ hoc capite tradũtur, ea in primis non modo utilia, sed necessaria etiam sunt cum ad practicen tum ad Theoricen, nempe ut quæuis distantia suo uocetur nomine uel Græco uel Latino, quemadmodum ut re: ut mi: ut fa: ut sol: ut la. Vulgò per numerum hodie facillimè

limè nominantur ſecunda, tertia, quarta, quinta, &c. Ac ea omnia bifariàm, ſecunda maior, ſecunda minor, tertia maior, tertia minor, ſiue ſecunda perfecta, ſecunda imperfecta, & in reliquis conſimili modo. Communiter autē intra octauam à noſtræ ætatis Muſicis XV. enumerantur interualla hiſce nominibus: Vniſonus, tonus, ſemitonium minus, ditonus, ſemiditonus, tritonus, diateſſaron, diapēte, ſemidiapente, tonus cum diapente, ſemitonium cum diapente, ditonus cum diapente, ſemiditonus cum diapente diapaſon, ſemidiapaſon. Quæ tamē omnia ex tono ac ſemitonio minore procedunt. Ideoq; hæc duo in primis tyronibus acri memoria figenda, ſi quidem hic fructum facere uoluerint.

Vniſonus


Vnisonus
Tonus
Semitō. min
Ditonus
Semiditonus
Vulgata nomina
Secū. mai.
Secūd. min.
Tertia ma.
Tertia minor
Tritonus
Diatessarō
Diapente
Semidiapē.
Tonus cū diapente
Quarta maior
Quar. min.
Quint. mai.
Quin. min.
Sexta maior
Semitō. cū diapē.
Ditō. cū dia
Semidit. cū diap.
Diapason
Semidiapason
Sexta minor
Sept. maior
Sept. minor
Vera octa.
Imperfecta octaua

Vni-

VNiſonus eſt cum continenter eadem uox ſæpius repetitur, quemadmodum ſi ſæpius canatur ut ut ut, re re re, mi mi mi. In pſallendo integri uerſus exceptis pauculis in medio ac fine notulis in uniſono canuntur. Et quamq; Vniſonus interuallum non eſt, omnium tamen interuallorum eſt origo, ut in Arithmeticis unitas.

TOnus maior, & perfecta Secunda, [illegible] notula proxima in proximam, ex ut in re, ex re in mi, exceptis mi fa ſimul nexis, quæ faciunt minus quam dimidium toni. Eæ tamen cum aliis connexæ & ipſæ tonum faciunt, ut mi cum re, fa cum ſol.

SEmitonium minus, Secunda minor & imperfecta, imò ut iam diximus, ne dimidiata quidẽ toni pars. Ex ipſo ſanè ac tono omnia alia conſtant interualla, ut paulò ante teſtati ſums. Item ex uario ſemitoniorum loco omnes omnium conſonantiarum ſpecies oriuntur, ut poſtea, in huius inquam capitis fine declarabitur.

DItonus maior Tertia, ex duobus conflata tonis, unde & nomen habet: Duæ eius ſunt ſpecies, ut mi, & fa la.

SEmiditonus, Tertia minor, ex tono & ſemitonio minore. Eius item duæ ſpecies, re fa mi ſol.


Tri-

TRitonus, maior quidem, sed dura Quarta ex tribus tonis, uno saltu in nullo usu, suspiciēs supernè semitonium, & fiet Diapente tertia species: infernè item, & fiet secunda Diapente species. Est ab F magno ad mi in b paruo, uel ex fa in b, ad e paruum.

quarta falsa

DIatessaron minor Quarta ex duobus tonis ac semitonio minore, omnibus modulandi generibus apta, quippe intra quā consistant quinque superius dicta Tetrachorda. in ea secūdum tria hemitoniorum


quarta perfetta



loca tres species sunt. Vel enim medio locatur, & est re sol: uel in imo, & est mi la: uel in summo, eritque ut fa. Inseruit etiam hoc interuallum omnib. Modis musicis, ut postea de Modis abundè declarabitur.

DIapente, Quinta maior ex tribus tonis ac uno hemitonio minore, iucunda auribus consonantia. Cuius quatuor sunt species, perinde atq; Semitoniorum, intra eam quatuor sunt loca: Re la, mi mi, fa fa, ut sol. Diapente addit ad Diatessaron tonum, ad tritonum semitonium minus. Hæc con-

quinta perfetta



consonantia omnium Modorum uelut uenter est ac adiecta diatessaron, diapason procerat species.

quinta falsa

SEmidiapente, quinta minor ex duobus tonis, totidemq; semitonijs minoribus, ex ♮ mi in F magnum, uel ex fa in b, ad E graue. Item ex mi in b ad fa in f acutum. Vno saltu in nullo usu, sed cõtinuato uel ascensu uel descensu inuenitur, superat semitonio diatessaron, superat à tritono commate. de quo Cap. X. latius.

quia ian... ut mi ... fa la sexta major

TOnus cum diapente, (ita nunc duobus nominibus unum circumloqui interuallum cogimur) Sexta maior, ex quatuor tonis & uno hemitonio minore, ad diapente addens tonum. Vno saltu non multum in usu. In hac deductiones à Guidone omnes constitutæ, ex ut in la.

sexta minor

SEmitonium cum diapente, minor Sexta ex tribus tonis & duobus hemitonijs minoribus. Ex E magno ad c paruum, Phrygio modo familiaris, ad diapente adijciens semitonium, ut ipso nomine patet.

septima major

DItonus cum Diapente, maior Septima ex quinque tonis ac uno semitonio minore, ex C magno in mi quod in b claue est, aut ex F magno in e paruum. deficit à diapason semitonio minore. Vno saltu rara in usu, & oppidò insuauis.

Semi-

SEmiditonus cūm Diapente minor Septima, ex quatuor tonis & duobus Hemitonijs minoribus: ex D ad c paruum; & ipsa insuauis uno saltu, ab octaua tono deficit.

septima minor

DIapason consonantiarum regina perfecta Octaua, ex quinque tonis & duobus Hemitonijs minoribus, commate deficiens à sex Tonis. Cæterùm ut Diapente est per quinque, Diatessaron per quatuor: ita Diapason per omnes nempe literas essentiales a b c d e f g. Percurrit enim, ac cōprehēdit omneis chordas, est igitur octaua omnis de litera ad proximam eiusdem speciei literam, ut ab A ad a, à B ad b, à C ad c, &c. sic sequenter, unde & eius septem sunt species à septem maiusculis literis ad septem minusculas. Iterum à tenuibus ad geminatas, ut hoc patet Typo. Omnis diapason diuiditur in Diapente ac Diatessaron, idq́ bifariam. Vno modo ut Diapente sit infra Diatessaron, atque ea diuisio uocatur Harmonica, est enim Harmoniæ apta: altero

octaua

VII. Diapason species.




diuisio harmonica

modo, ut Diatessaron sit inferior, Diapente superior: tũ uerò Arithmetica dicitur diuisio, quia magis numero constat quã Harmonia. Sit huius diuisionis exemplum ex prima Diapason specie A a, si enim ea in E magno diuidatur, ut sit Quinta A E, & Quarta E a, erit prior diuisio Harmonica Aeolio deputata Modo, ut postea dicetur. Sin in D magno diuidatur, ut Quarta sit A D, Quinta uerò D a, erit diuisio Arithmetica, Hypodorio apta Modo. Quanq; secunda species ex ♮ ad b paruum Harmonicũs, & Sexta ex F ad f Arithmeticũs diuidi nõ possunt, sed de ijs latius capite XI. differemus. Hoc loco satis est, duplicem Octauæ diuisionẽ tyronibus ostẽdisse, ualde necessariam ad ueram Modorum cognitionem capessendam. In nulla autem aliorum interuallorum distantia extremæ chordæ eiusdem sunt naturæ ut in Diapason. quare rectè à Musicis dicitur, quod suprà capite III. retulimus: De octauis idem esse iudicium. Et in his quidẽ declarandis nil magis operæprecium diligens præceptor fecerit, quàm ut iuuentutem assuescat probè dignoscere, primum, Diatessaron tres species, Diapente quatuor species, idq; ex Semitoniorum loco. Diapason uerò species ex literis & diuisione, in Quintas ac Quartas, ex quibus iuuẽtus animatur, ad co-


ad cognoſcendos Modos,non ex uano ac accedentario iudicio,ut noſtra ætate Muſici quidam malè feriati docent, ſed ex uera natura ac indubitata ratione.

SEmidiapaſon, monſtroſæ rei monſtroſum uocabulum,etiam ad literam eiuſdem ſpeciei proximam,ubi mi contra fa , ut de ♮ mi ad fa in b paruo, aut à mi in b paruo ad fa in B b gemino,qua nemo utitur ,ex quatuor tonis & tribus hemitonijs: & quamuis eſt Octaua, Commate tamen minor eſt Septima maiore, quæ & Ditonus cum Diapentè nominatur, quemadmodum Semidiapente minor Tritono. Quod ſi ultra Octauam obueniant interualla, cum Octaua nominabuntur, Tonus cum Diapaſon, Nona perfecta,Semitonium cum Diapaſon, Nona imperfecta uel minor: ita Decima maior ac minor, Vndecima, Duodecima, Decimatertia,Decimaquarta,Decimaquinta, omnes maiores ac minores. Decimaquinta,maximum(ut ſupra cap.5.dictum eſt) Syſtema ita ut in prouerbium uenerit,de ijs quæ maximè diſtãt, ea diſtare Δὶς διὰ πασῶν. Muſici herclè, quos Symphonetas uocant,imam ac ſupremam uoces,rarò ultra Δὶς διὰ πασῶν, diſtare faciũt. Hæc ſunt quæ noſtra ætate Muſici uulgò docẽt, quę ut nõ ſunt omnino abſoluta,

ita tamen non sunt friuola, & iuuentus in ea exercenda uidetur, maximè in Consonantiarum speciebus. Cæterùm à quadringentis plus minus annis cantio quædam ab nescio quo authore de Musicis interuallis edita, uulgò omnino celebris, ad Hypomixolydium intonata modum, in qua inusitata illa omittuntur, Tritonus, Semidiapente, Ditonus cum Diapente, Semiditonus cum Diapēte, ac Semidiapason. Vnisonum quidem ponit, sed interuallum non putat, ita ex quindecim facta sunt nouem, quæ ita habent.




Ter terni sunt modi, quibus omnis cantilena




cōtexitur, scilicet Vnisonus, Semitoniū, Tonus, Semidito-




Semiditonus,Ditonus,Diateſſaron, Diapente,



Semitonium cum Diapēte, Tonus cū Diapēte.



ad hos Diapaſon, ſi quem delectat pſallere hos




modos eſſe cognoſcat.Euouae,


HIc uerò maximè consyderandum quo pacto omnium consonantiarum ueneniur species, quod fundamentum earum, & unde initium sumendum, ut eas doctè discernamus. Nam ex ijs totum Musices negotium pendet, hoc est, uera Modorum cognitio: quas si nostra ætate Musici ex dignitate tractare uoluissent, ut certè debuissent, non tot ineptissimarum præceptionum monstra iuuentuti obtrusissent absque omni artis fundamento. Sed iam rem ipsam potius bonis auibus aggrediamur. Cleonides Græcus author consonantiarum species, ex uario semitoniorum situ sumendas ait. Vt in Diatessaron prima species Re sol Semitonium habet in medio, Secunda uerò species Mi la, in imo. Tertia ut fa in supremo. Eodem sanè modo prima Diapente species re la Semitonium habet loco secundo. Secunda mi mi, loco infimo. Tertia fa fa, in supremo. Quarta ut sol, in tertio. Ita in Diapason bina Semitoniorum loca eodem modo uariant species, quippe ex his duabus natæ consonantijs Diapente ac Diatessaron. Hoc loco adponere placuit nobilissimi uiri, Diui Seuerini regulam, quam libro quarto, capite decimotertio exhibet. Consonantiarum (inquit) semper una minus species erit, quàm fuerint

uoces,

uoces, quemadmodum Diatessaron quatuor habens phthongos, treis habet species. Diapente, cum quinque habeat uoces, quatuor habet species. Denique Diapason octo uocum, septem habet species, ut ex subiecto hic typo percipi potest, quem uellem iuuenes fixo ad memoriam animo capessent, intellecturi quantum hinc fructus sit ad omnium Modorum certam cognitionem probè concipiendam.



III. Quartæ species. *IIII.* Quintæ species.



VII. Octauæ species.

Quod minimum in hac arte, quid Consonantia, quot Consonantiarum nostra ætate species.


Cap. IX.

QVemadmodum in Arithmetica numeri principium est unitas, in Geometria punctum, in Grammatica literæ: ita in Musicis primum elementum est Phthongus, nerui unius certus strepitus, una intentione ac uno tenore perdurans, quod in instrumentis Musicis facilè est notatu, si quis chordam quampiam tangat, quæ fixa maneat ac intentione continua. Horum autem Phthongorum si duo simul suauiter uniformiterq́ue auribus acciderint, nascetur consonantia. Est enim Consonantia acuti soni grauisq́ mixtura suauiter uniformiterq́ue auribus accidens, ut inquit Boetius libro primo, capite octauo. Vel Consonantia est, eodem definitore, dissimilium inter se uocum in unum redacta concordia. Dissonantia autem est apud eundem, duorum sonorum sibimet permixtorum ad aurem ueniens aspera atque iniucunda percussio. Nam dum sibimet misceri nolunt, & quodammodo integer uterque nititur, cumq́ue alteri alter officit, ad sensum uterque insuauiter transmittitur. Mirum uerò, apud ueteres.

tam

res tam paruum consonantiarum numerum fuisse. Quinque aut sex frequenter scriptis produntur, de quibus Boetius libro secundo, capite decimosexto, & inde aliquot pertractat. Diapason in dupla ratione: Diapente cum Diapason in tripla: Disdiapason in quadrupla: Diapente in sesquialtera: Diatessaron, in sesquitertia. Tonus his adijcitur in ratione sesquioctaua, non tamen consonantia, ut admonet idē libro primo, capite decimosexto.

Hæc omnia typo subsequenti, rationum numeris ac clauium literis ex Guidonis scala adiectis facile cognoscentur.


24
18
16
12
9
8
6
A
D
E
a
d
e
Diapente cum diapason
Diapason cū diapente
Ratio tripla
Diapente
Ratio
Sesquialtera
Diapason
Ratio dupla
Sesquitertia
ratio
Tonus

Hæc satis

HAec ſatis ad iuuentutem, cui hic deguſtatiunculam duntaxat proponere uolui, ut eo animoſius olim ad D. Seuerini opera anhelet. Ipſe enim expertus ſum, quàm ſit arduum talia audire, de quibus nil prorſus olim deguſtauerimus. Noſtra uerò ætate Muſici longè aliter hæc docent, quod etiã paucis indicare uoluimus, ne hac parte deeſſemus ſtudioſis. Quinque ſunt (inquiunt) Conſonãtiæ perfectæ: Vniſonus, Quinta, Octaua, Duodecima ac Decimaquinta, quæ in cantu nunquã binæ eiuſdem ſpeciei ſeſe ſequuntur. Quatuor ſunt imperfectæ: Tertia, Sexta, Decima ac Decimatertia, quæ ſeſe inuicem binæ eiuſdẽ ſpeciei ſequi poſſunt, maximè in aſcenſu. Reliquæ ſunt Diſſonãtiæ VI. Secunda, Quarta, Septima, Nona, Vndecima ac Decimaquarta. Idq́ intelligendum intra δὶς διὰ πασῶν terminos. Nam quicquid ultra eſt, quanquam coſonare poteſt, ut Decimaſeptima, Decimanona, Viceſima loco Tertiæ, Quintæ ac Sextæ, aut mauis loco Decimæ, Duodecimæ ac Decimetertiæ, tamen phthongorum ueram craſin, ac mixturam non habent, ut egregiè in Adagio δὶς διὰ πασῶν explicatur. Quarta quidẽ admittitur, ſi infra ſe uel Quintam uel Tertiã, ut aſſerit Frãchinus, habeat. Ita Vndecima cũ duab. Sextis, quib. Quinta ſubſternitur.

V perfectæ.



V. perfectæ conſonantiæ. *IIII.* imperfectæ. *VI.* diſſonantiæ.


De Toni diuiſione in duas inæqualeis parteis, ac partium declaratione. Cap. X.

VIx ulla alia res eſt in Muſicis, quæ plus negócij faceſſat huius artis ſtudioſis, atq́ eſt Clauis bfami ♮, propterea quo'd in ea duæ diuerſæ inter ſe uoces contineantur, clauis'que u-

na credatur, quæ apud Græcos duæ τρίτη συνημμένων καὶ παρημένη. Verùm pro rudibus ſatis fuerit aliquid deguſtaſſe huius difficultatis, alia inueſtigaturis apud Boetium, ſi uolent. Diuiditur igitur Tonus in duo Hemitonia, minus ac maius. Minus eſt in noſtro cantu mi fa, perpetuò poſt Tonum ac Tonum in genere Diatonico, ut capite quinto diximus: maius Semitonium non ingreditur cantum. Verùm ut iuuenes etiam aliquando huius difficultatis particulam accipiant, ac per totam ſcalam intelligere incipiant hanc diuiſionem, quia ita eſt, non propter quid ita eſt, demonſtrationem adponamus, quæ ita habet. In quauis claui, excepta b, omnes uoces eiuſdem ſunt intentionis, ut in alamire, tres uoces la mi re eandem intentionem habent. Sed re in a, & mi in b diſtant Tono. Iterum mi in a, & fa in b diſtant Semitonio minore, ergo neceſſe eſt à fa in b ad ſuum mi eſſe alterum Semitonium, nempe maius, quod cantum noſtrum non ingreditur. Sequitur item quod fa in b claui magis diſtat à ſuo mi, quàm uel fa in b à mi in a, uel mi in b, à fa in c, quod admodum mirum eſt apud eos qui lineas duntaxat inſpiciunt, rem uerò non intelligunt. Cæterùm exceſſus quo Semitonium maius uincit Semitonium minus, Græcè

κόμμα

κόμμα dicitur, quo plus distant fa & mi in eadem ut falso uidetur claui, quam ab externis distent. Item quo Tonus uincit duo minora Semitonia, denique quo VI. Toni superant Diapason.



De octo

De octo Tonis, uel potius Modis, ut ueteres appellarunt Cap. XI.

VT in Dialecticis argumentatio, in Grammatica oratio, ita in Musicis nulla pars dignior est, quàm qua Modi Musici explicantur. Vltimus enim eius artis scopus est, uera Modorum cognitio, quæ paucis nostra ætate Musicis perspecta est, ut passim editis libellis apparet, ubi infantissimus quisque præcipit, & tamen nil docet quàm meras nugas. Quapropter ego tanquam excitato classico iuuenes omneis hic mihi animum intendere exhortor ad negocium utilissimum, in hac inquam arte, non herclè difficile, quod quidam calamitant, si rectè tractetur. Modi Musici igitur sunt ipsius Diapason, id est, Octauæ species, de quibus capite octauo abundè dictum est, ubi potissimum earum specierum compositio ex Quinta & Quarta notanda est. Quisquis enim ea probè perspecta habuerit, is facillimè de Modis Musicis iudicabit, imò absque specierum Diapason cognitione, nil rectè iudicari potest in hoc negocio. Porrò singuli Modi octauam habent, etiamsi eam non perpetuo cursu impleant in cantilenis. Singulæ autem Octauæ suas Quintas ac Quartas ha-

bent:

bent:duplici tamen,ut capite iam allegato dictum est,diuisione Arithmetica, ac Harmonica. Hæc satis in genere de antiqua traditione. Nostra autem ætate Musici ita de Modis musicis præceptiones ordiuntur:Modorum (inquiunt) alij sunt de impari numero,ut Primus,Tertius, Quintus ac Septimus: alij de pari numero,ut Secundus, Quartus,Sextus ac Octauus.Illos Authentas, id est,dominos ac principes dictos,heros uerò Placaleis uel Subiugaleis,Græci Πλαγίους, quasi inuersos ac obliquos appellant.Item horum octo Modorum quatuor finales claues ponunt D E F G, binos in singulis,imparem ac parem,uero numeri ordine. Vt in D primum ac secundum,in E Tertium ac Quartum,in F Quintum ac Sextum,in G Septimum ac Octauum.Hoc uerò discrimine constituuntur, ut impares totam octauam supra clauem finalem habeant,pares quintam dũtaxat supra, quartam autem infra.Addunt & uersiculum,herclè ad memoriam non ineptum:

> Vult descendere par, sed scandere uult Modus impar.


Vnde & regulam in primis notandam, ac maiusculis literis exarandam produnt.


Omnium

OMNIVM MODORVM FINALIS CLAVIS EST INFIMA DIAPENTE CHORDA.

Primus igitur Modus est ex D, in d. Secũdus ex A, in a. Tertius ex E, in e. Quartus ex ♮ in b. Quintus ex F, in f. Sextus ex C, in c. Septimus ex G in g. Octauus ut Primus ex D, in d, sed inuerso Systemate. Quia Primus habet totam Octauã supra finalem, diuisus Harmonicè, Octauus solam Quintam supra finalem, Quartam infrà. Verùm ut hæc Octaua ex D in d bifariã diuiditur, Arithmeticè ac Harmonicè, ita aliæ omnes Octauæ: sic fierent *XIIII.* Modi, id quod uerum est, quamuis duæ species in diuisione claudicent. Ecclesia quantum ad Intonationes octo duntaxat accepit, ut postea latius disseremus. Huius rei typum adponere placuit.

Octo uulgarium Modorum typus.





HIc uides ut impares Modi inter duplices Dd Ee Ff Gg, pares item inter duplices Aa Bb C c ac D d contineantur, ubi D d bis ponitur. Nempe cum ſint ſeptem duntaxat Diapaſon ſpecies, ſed octo tamen Modi, neceſſe fuit unam Diapaſon ſpeciem bifariam nominare diuiſione Harmonica ac Arithmetica. Ergo ſi reliquæ quoq; ſex ſiue potius quatuor, nam duæ bifariã (ut iam dictum eſt) diuidi non poſſunt, ad hoſce certè octo Modos uulgares erunt adhuc *IIII.* Modi, ut poſtea declarabitur. Quidã Quartas aut Quintas omnium Modorum per uoces diſcriminant, utili ſanè ad memoriã exercitio, nominata prius Quarta, ac poſtea Quinta in imparibus: at in paribus prius nominata Quinta, ac poſterius Quarta, à ſuperioribus cœpta appellatione hoc modo.

Primus

Primus, ſol re:la re. Secundus, la re:ſol re.
Tertius, la mi:mi mi. Quartus, mi mi:la mi.
Quintus, fa ut:fa fa. Sextus, fa fa:fa ut.
Septimus, ſol re:ſol ut. Octauus, ſol ut:ſol re.



I. II. III. IIII.



V. VI. VII. VIII.

NEc turbetur lector, quòd in quinto Modo Diapente poſuimus fa fa, non, quod uulgò celebre eſt, ſol ut. Antiquius enim eſt fa fa, quàm ſol ut. Et Lydio, cuius hæc eſt Diapaſon, magis

proprium. si enim sol ut canamus, adiecta supernè diatessaron fa ut, Ionicus erit Modus: cuius sedes propria est in C, non in F, nisi per Tetrachordum synemmenon, absq; quo omnium Modorum ratio optimè cõstabit, ut superius capite quinto dictum est. Ionicus igitur, hoc est, Quintus uulgò, in C magno finiri debebat, qui nunc per quartam leuatus in F, non absque fa in b claui, frequentior multo est, quàm in propria sede: licentia inde sumpta, quòd omnes Modi à Quarta leuari possunt, modò sit fa in b claui, unde & claues Quarta distantes à ueris finalibus, uulgo cantoribus Confinales uocantur. Qui uerò per Quintam confinales faciunt, næ illi strenuè insaniunt, cũ hoc simpliciter de nullo Modo sit uerum. Sed de ea re mox latius disseremus.

De omnium cantilenarum fine in Modis. Cap. XII.

NOstra tempestate Musici de hac re præceptionem ita ordiuntur: Omnis cantus (inquiũt) finitur aut in re, aut in mi, aut in ut. In re Primus & Secundus, in mi Tertius & Quartus, in ut reliqui quatuor. Sed quintus & Sextus in F magno cum fa in b claui, Septimus & Octauus in G magno cũ mi in eadem claui. Cæterùm omnes Modi

(ad-

(addũ)habẽt de natura sua mi in b,exceptis Quin to & Sexto,ij enim fa habent.Ita nostri Musici conformiter cũ Porphyrione super Horatio, ubi treis carminum species apud ueteres fuisse ait. ad uulgi consuetudinem alludens,qui omnem cantum aut in ut,aut in re, aut in mi conclusum cognoscit, ita & tibicines & fidicines & omnis ludionũ turba. Rectè quidem illi,si rectè intelligatur. Verùm cum finaleis claues faciant IIII: & confinaleis Quintas, supra quatuor finaleis, ibi uerò pudendus error quo non potest alius maior in Musicis esse, quippe quo omnium Modorum natura mire confunditur. Quod ut lector ipse uideat,transponat tertium Modum in quintam supra suam naturalẽ finalem E in b,& uideat qualem Diapente.qualem Diatessaron ibi reperiat:imò inferiore loco Semidiapente,superiore Tritonũ,adde quod septimus & octauus non possunt habere confinalem d quintã. Verùm id præcipere debebãt, quod καθολικῶς ualidum est,& apud doctissimos quoq; in usu, omnẽ Modum ad quartam transponi posse, modò in b claui sit fa,ita primus & secundus in G, tertius & quartus in a,quintus & sextus ueteres in b,septimus & octauus in c Aeolius & Hypoæolius in D,Ionicus ac Hypoionicus in F,ut hodie uulgò frequentissi-

mè ponũtur. Sed de his poſtea latius. Hæc omnia cõtingunt inde, qđ Diapaſon ſpecies, in quibus Modorum totũ uerſatur negotium, non rectè tenemus. Quare iuuenes etiam atq; etiam admonendi ſunt, ut acriter illuc intendant animum, principio à Diapente ac Diateſſarõ ſpeciebus facto: quas qui probè perſpectas habeat, ac animo firmo comprehenſas, quantumuis cantus ſit tranſpoſitus, abſq; omni negocio Modi naturam iudicabit.

Vulgares de cognoſcendis Modis regulæ. *Cap.* XIII.

MOdorum uera, & ut philoſophi loquuntur, à priori notitia eſt, ex ſpecierum Diapaſon cognitione: ſed poteſt à poſteriori quoq; eſſe aliqua notitia, per regulas quaſdã, eas hic adpoſuimus, qđ plurimũ eas nouitijs prodeſſe uidebamus

Primi Modi regula.

CAntus Primi Modi frequenter ſalit ex re in la, exempla ſunt è choro plurima ad formam Introitus Gaudeamus omnes, Statuit ei Dominus, Aue maris ſtella, Salue Regina.

Secundi Modi regula.

SEcundi Modi cantus ex re in fa, ut Mihi aũt nimis, Salue ſancta parẽs, Terribilis, Emendemus in melius: ad quã formam ſunt mille Reſponſoria.

Tertij

Tertij Modi regula.

TErtij ex mi ad fa, quod sexta ab eo distat. Pange lingua, Discubuit Iesus, Visita quæsumus, Omnia quæ fecisti.

Quarti Modi regula.

QVarti ex mi in la per quartam, Tota pulchra es, Resurrexi, Spiritus ubi uult, Iudæa & Ierusalē, Te Deum laudamus.

Quinti Modi regula.

QVinti ueteris, fa re fa per Quintam. Nunc corruptum in ut sol. Veteris multa Gradualia sunt, quamuis rarò non alicubi corrupta in Ionicū, qui frequēter habet ut sol, ut in Regnū mūdi, O sacrū.

Sexti Modi regula.

SExti ueteris & nūc corrupti fa la frequēter habēt cantus, ut in Os iusti, Esto mihi, Omnes gentes.


Septimi Modi regula.

CAntus Septimi Modi frequenter habent ut sol, ex G in d, ut Puer natus, Viri Galilæi, Summæ Trinitatis.

Octaui Modi regula.

OCtaui ex ut in G ad fa in c, ut Vespere aūt sabbati, Spiritus domini, Veni sācte Spiritus. Huius rei 11. incōditos addunt uersus, ad memoriam neutiq; contēnendos, optimè eñ rē ipsam representāt.

Pri.re la: Se.re fa: Ter.mi fa: Qart.quoq; mi la: Quint.fa fa: Sext.fa la: Sept.ut sol: Oct.tenet ut fa.



I II III IIII V VI VII VIII

De Modorum expatiatione siue ambitu, in altum & imum, & de binorum Modorum connexione. Cap. XIIII.

IN primitiua Ecclesia, quando pietas in omni erga Deum timore uigebat, cãtus erunt humiles tenues ac simplices, ita ut sæpe intra quartam ac quintam continerentur, ut adhuc ad altare canunt sacerdotes Euangelium ac Epistolas una' cum Collectis, quas uocant. Deinde paulatim leuati sunt in Sextam, ut Pater noster, Credo, ac similes cantiones: item Antiphona ac Introitus, Requiem, Resurrexi: paulatim in octauã insurrexere Musici uerum Modo um ambitum. Sed neq; semper hac cõtenti, uel superné, uel inferné aliquid adijciẽtes. Primo itaque Modo ac septimo frequentissimé Tonus inferné additur. Tertio etiã inferné Ditonus. nam

nam is mirè, ut nullus magis, cum suo Plagio confunditur. Porrò Dorius in exultatione frequenter habet supernè Semiditonum, eundē & Secundus ac Nonus, de quo postea. Secundus etiam Semitonium supernè, idem quartus habet, pro eo quod infernè habere debebat sed rarissimè accipit, Octauo ac Sexto supernè additur Tonus. Modi igitur suo cursu oppidò eleganter fluuio comparantur, alueum nonnunquam implenti, nonnunquam excedēti, nonnunquam deficienti. Id etiam notandū, Modos nonnunquam connecti in unam cantilenam, Authenten cum suo quenq; Plagio. Sic primus ac secundus in Prosa Victimæ Pascali laudes: Tertius & quartus in Antiphonis, Pulchra es amica mea, connectuntur. Quintus ac sextus, qui mi habent in b claui, in multis Gradualibus, ac in Dominicæ passionis Harmonia apparēt, in qua Diapente est narrantis Euangelistæ, superior Diatessaron, Iudæorum, ac aliorum à Christo loquentium, inferior Diatessarō Christi diuina sanè inuentione. Septimus ac Octauus in Prosa de sancta ac super benedicta Trinitate, quæ incipit: Benedicta semper sancta sit Trinitas, itē in Lauda Sion saluatorem. Noui autem quintus ac sextus, qui fa in b claui habent, quosq; nos Vndecimum Duodecimumq; no

minamus, in præclarissima illa ꝓsa Aue præclara. Tūc aūt duorū Modorum systemata connecti dicuntur, quando ad communē duobus modis Diapente, annectitur superne inferne'que Diatessaron quod facile ex typo superius capite XI. perspicitur.

De quatuor Modis nostra ætate non omnibus notis, quorum cantus sunt frequentes: sed Ecclesia in intonandis Psalmis eis non utitur. Itē de duob. reiectis. Cap. XV.


HIc uerò ingens res præ manibus est, qua in re multos reclamanteis habebimus, potissimū eos qui nihil minus sunt q̄ ueri Musici, cantores uulgò, hoc solū probantes, quòd ipsi assequi se posse putant. Et est Musica alioqui disciplina admirabilis, in qua pertinacia mirè hominū mētes occupat, imò dementat aliquando, ut certius se scire putent, q̄ quisq; mortalium, qd' tamen prorsus ignorāt, in qua disciplina facilius quis rectè ab initio instituatur, quàm à cōcepto auellatur errore. Haud abs re Timotheū ferunt, cum duos in Musicis tradendis accepisset discipulos, alterū in re prauè doctum, alterum omnino rudem, ab illo prauè docto duplū petijsse præmiū, ob duplicem scilicet laborem, dedocendi & docendi. Ita hodie fieri uidemus,

mus, qui pusillum quid in ea disciplina hauserunt, sed multa etiam erronea, de ijs audeant cum quouis ad rauim usq; contendere, expertus loquor. Sed satius erit his relictis rem ipsam aggredi. Olim iuuenes mirabamur, nec immeritò, qui factum esset, ut inter septē, quas uocāt essentiales claueis, *IIII.* dūtaxat omniū cantuū D E F G sint finales, quemadmodum Capite *XI.* commonstratum est: reliqui tres A B C uelut nothi nihili fiant, neq; usq; prodātur ab huius artis magistris. Huius rei cum multæ esse possunt causæ, prima tamē ac præcipua esse uidetur, trāspositio cantuū, sed cum fa in b claui, quæ effecit, ut quatuor Modorum cantus, in aliorū claueis finaleis emoti, etiā cum alijs Modis numerentur, ab ijs maximè, qui quo pacto Modi uerè dignoscantur, ignorant. Sic A uenit in D, B autē in E, & C in F, quod factum neutiq; esset, si b paruum solùm mi habuisset, ut ♮ mi. Et est sanè quæ ex F ad d cōsistit deductio, ut re mi fa sol la, quod ad Modos attinet superflua, quæ pluribus alijs locis inseri poterat, ut in uulgatis instrumentis (clauichordia uocant) hodie apertè patet. Verū cū apud uerè Musicos in cōfesso sit Modos nihil aliud esse, quàm ipsius Diapason species, quæ ex Diatessarō ac Diapente speciebus consistunt; item Diatessarō ac Diapente species


te species ex uario hemitoniorum loco nasci, quid aliud sequi potest quàm ut uariatis Semitonijs, uarientur & consonãtiarum species. Plerique Modi uno duntaxat Semitonij loco ab altero quopiã Modo differunt, ut Septimus à Primo Semitonij differentiam in Diapente, Primus à Nono in Diatessaron uariat. Vetus Quintus ac reuera Quintus à nouo Quinto siue Vndecimo in Diapente, Tertius à Nono in Diapẽte. De Plagijs eorum eadem omnino est ratio. Scio probè Musicos nostros Nonũ cum Primo eundem putare. Item quintum ueterẽ cum nouo Quinto, & de plagijs eodem modo. Secundum cum Decimo, ac Sextum ueterem cũ Sexto nouo eundem esse, quia uno duntaxat Semitonio uarient. sed errant. nam Septimus à Primo, nisi uno Semitonij loco Diapẽte, & Tertius à Nono itidem in Diapente uno tantũmodo Semitonij loco differunt, nec tamen quisque Primũ cum Septimo, Tertium cum Nono eundem fecerit. De duobus Nothis hoc sciendum, quod in Authente Semidiapente est infra Tritonum, in Plagio contrà, Tritonus infra Semidiapente, ut aliqua forma connexionis, sed prorsus natura alia quàm in reliquis est connexionib. ut paulò post declarabimus. Ємouimus autem ex ♮mi in bfa♮mi, ut eius pictura intra

scalam


ſcalam maneret. Atq; ideo eis paruas tribuimus li-
teras a b c, his inquam tribus uelut exulantibus cō
nexionib. Sed horum quatuor uerorū, duorum no
thorum typum ſubnectere placuit, quo inſpecto
rectum de ipſis iudicium facere lector poterit.



a b



c



IX X Nothi Duo XI XII

La mi, la re, la re, la mi, mi fa, fa mi, fa mi, mi fa, fa ut, ſol ut, ſol ut, fa ut,

Poteſt

POteſt autem & hoc loco Quartarum & Quintarum diſcrimen eodem modo fieri per uoces, queãdmodũ cap. XI. in alijs octo indicauimus Modis, ut nonus ſit la mi: la re, decimus, fa re: la mi, undecimus, fa ut, ſol ut, duodecimus, ſol ut: fa ut. Et undecimi quidẽ ac duodecimi huiuſmodi uoces uulgò tribuunt quinto & ſexto, cum nos eis Diapente fa fa, pro ſol ut dederimus, ſicut in eodẽ capite apparet. Duo aũt reiecti ſiue nothi, ita per quartam & quintã diſcriminari ab alijs non poſſunt, cũ pro Diapente uera habeant Semidiapente, id eſt, minorem pro maiore Quintam: tum ſupernè infernèq; pro Diateſſaron Tritonum, qui ſuperat Semidiapente commate. ſi itaq; Semidiapente in medio conſtituamus tanquam auem, cuius ſint duæ alæ utrinq; Tritoni, alæ maiores erũt ipſa aui. Quare ea connexio non modò deficit ad latera & medium, ſed etiam ſuperat omnes alias omniũ Modorum connexiones maiore Semitonio. Verùm hæc Theorica nimis alta eſt pro tyronibus. Cæteri quatuor facilè ex cognitis intelligũtur Modis. Nonus enim à primo differt Diateſſaron mi la supernè, ubi primus habet re ſol: ita decimus à ſecundo eadem quarta mi la infernè, pro qua ſecũdus habet ſol re. Porrò undecimus à quinto ueteri, Diapẽte ut ſol, ubi

ubi ille fa fa habet. Et Plagius eius eadem Diapēte à sexto ueteri. Vnicum enim Semitonium per totum durans cantum, mutat Modum. Verùm alicubi obiter immissum, secus est, quanq́ frustra hæc apud pertinaces, ac maximè apud indoctos. Id mali tamen inde euenit, ut Aeolius perpetuò pro Dorio existimatus fuerit, Hypoæolius pro Hypodorio. Et sunt planè cãtus quidam, ut Responsoria ac Introitus, ubi in descensu sub Diapente possis cantare uel mi la, uel re sol, ut uix discernas ibi Hypoæolium ab Hypodorio. Consimiliter accidit in Dorio ac Aeolio, ubi multi miscuerunt temerè duas Diatessaron mi la & re sol. Denique perniciosior confusio eodem incidit inter Lydium ac Ionicum ac ipsorum Plagios, ut facile uidere est in Gradualibus.

De omnium modorum nominibus in Græca lingua, & apud priscos Musicos. Cap. XVI.

Vix est aliud in disciplinis, quod æquè offendat addiscentem, atque est nominum multiplicitas, ubi res est eadem. Cuius rei exemplum est in Rhetoricis, ubi ferè nullum est artis uocabulum, quod non aliter apud Ciceronem,

ceronem, aliter apud Quintilianum, ac alios item huius artis doctores innouatum reperias. Genus Deliberatiuum, Suasorium: Constitutiones, Statum, Indignationem: Misericordiam, alij Amplificationem, ac Conquestionem uocant, & mille alia. Ideoq; non est mirum, si in hac quoq; arte quaedam innouata sint, ac unius aliquando Modi tria sint nomina. Ea ratio fuit nobis, cur ultimo hoc capite omnium Modorum nomenclaturam, ut est apud probatos authores, lectori sub oculos ponere decreuerimus. Et primum in genere, deinde in specie, postremo exemplis annexis: ex quibus omnia clarissima faciemus, maxime ex choro sumpta, quibus non sunt alia doctiora, quamuis stupidis quibusdam non placeant. Sed nobis satis sit, Spiritui sancto placuisse, qui per ora Sanctorum nobis tam dulcia dona, tam benigniter ac misericorditer concessit. A Guidonis Aretini tempore, quotquot de Musica scripserunt, quorum nos innumeros & uidimus & legimus, octo illos uulgatos Modos ita primum diuiserunt, ut binos uero numerorum ordine coniunxerint in unam appellationem. Atq; ita Primum ac Secundum Πρῶτον nominarunt, Tertium & Quartum Δεύτερον, Quintum ac Sextum Τρίτον, Septimum ac Octauum Τέταρτον: quam diuisio-

uiſſionem quidam aiunt adhuc apud Græcos eſſe hoc tempore, atque horum quidem connexiones apertè poſitæ ſunt Capite undecimo: Proti quidem D, Deuteri E, Triti F, Tetarti G, ſupra quas quidem literas bini ubique Modi connexi conſpiciuntur. Verùm ad hanc modò dictam formam nos Nonum ac Decimum Πέμπτον: duos Nothos Ἕκτον, Vndecimum Duodecimumque ἕβδομον nominare commodè poſſemus, ſecuti Diapaſon ſeptem ſpecies, ut illi quatuor. Verùm huiuſmodi nomenclatura hodie in nullo eſt uſu. Quare nos maluimus, ſuum cuiuſque Modi nomen prodere, ut apud authores leguntur, atque deinde cum proprijs intonationibus deſcribere, ut Lector ſemper habeat exempla, ad quæ tanquam ad ſpeculum decurrat. Vbi notandum, quòd alia eſt denominatio ſpecierum Diapaſon, alia Modorum. Quanquam Modorum incidat aliquando in ſpecierum Diapaſon denominationem. Quas ſuprà capitis octaui fine ſeptem Diapaſon ſpecies commemorauimus, à ſeptem maiuſculis literis A B C D E F G, ad ſeptem minutas a b c d e f g, eæ apud Diuum Seuerinum his

E recen-

recenſentur nominibus: Hypodorius, Hypophrygius, Hypolydius, Dorius, Phrygius, Lydius, Mixolydius, ut ſunt tres priores plagiorum nominibus dicti, reliqui quatuor Authentarum, omnes γνήσιοι. Reſtant igitur quinque γνήσιοι, & duo Nothi, ſecundum eaſdem Diapaſon ſpecies. Verùm contrario atque ſupèrius numero, treis Authentæ, quatuor Plagÿ, nomenclatua hoc ordine: Aeolius, Hyperæolius, Ionicus, Hypomixolydius, Hypoæolius, Hyperphrygius, Hypoionicus: ubi Nothi quidem neque Authentarum, neque Plagiorum nominibus nominantur, ſed cum Hyper. Deerat enim Authentæ nomen, quod apud nullam gentem celebratus erat, unde cum Hypo Plagius eius nominari non potuit. Ex his Lector uidere pòterit, quantum momenti ſit in probè cognoſcendis Diapaſon ſpeciebus. In his enim rerum cardo, id eſt, totius Muſicis negotium uertitur, quas qui internoſcere nequit, is abſtineat à Muſici nomine. Modi igitur Muſici duodecim γνήσιοι ſecundum uerum numerum ita optimo ordine poni poſſunt: Dorius,

rius, Hypodorius, Phrygius, Hypophrygius, Lydius, Hypolydius, Mixolydius, Hypomixolydius, Aeolius, Hypoæolius, Ionicus, Hypoionicus. Nam ita *VI*. Authentæ cum ſuo quiſque Plagio, duodenarium numerum pulcherrimè explent, omiſsis duobus Nothis; Hyperæolio ac Hyperphrygio. Hoc quoque noſcere eſt operæprecium, de Quintis ac Quartis, quibus quæque Modis ſint communes. multum enim confert ad ueram Modorum cognitionem. Prima igitur Quinta Re la, communis eſt quatuor Modis: Dorio, Hypodorio, Aeolio, ac Hypoæolio, hoc eſt, Primo, Secundo, Nono ac Decimo. Secunda Quinta Mi mi, duobus tantum Phrygio ac Hypophrygio, hoc eſt, Tertio ac Quarto. Tertia Quinta, Fa fa itidem duobus tantum Lydio ac Hypolydio, hoc eſt, Quinto & Sexto ueteribus, qui Mi habent in b claui. Quarta denique Quinta Vt ſol, rurſus quatuor Modis communis eſt, ut Prima, nempe Mixolydio, Hypomixolydio, Ionico & Hypoionico, hoc eſt, Septimo, Octauo, Vndecimo ac Duodecimo.

In Quartis aliquanto aliter ſe res habet, ſingulæ enim Quartæ quaternis aptantur Modis: Re ſol in Primo, Secundo, Septimo ac Octauo: Mi la in Tertio, Quarto, Nono ac Decimo: Vt fa in Quinto, Sexto, ueteribus, Vndecimo ac Duodecimo: ad quas quidem treis Diateſſaron ſpecies hac tempeſtate Muſici omnem cantum dirigunt, nempe in Vt, re, mi, nec plures norunt Modos, quàm in Vt Vndecimum, quem ipſi Quintum uocant: ac Duodecimum, quem Sextum nominant. In re Primum & Secundum: in mi Tertium ac Quartum: ſed hos cum ſua inſcitia ſinamus, laterem enim lauamus. Nunc uerò ut iuuenum, de quibus maior nobis ſpes eſt, ingenia excitemus, ac eorum memoriam firmemus, duos typos ponemus. Alterum, ſecundum ſeptem Diapaſon ſpecies, diuiſione duplici, Arithmetica ac Harmonica: ubi ſub oculis totum negocium apparebit, ordo duntaxat Modorum confunditur. Alterum typum, in quo uelut in tabula ab A ad g ſcala ipſa exhibebit duobus lateribus: hinc Authentas diuiſione Harmonica, illinc Plagios

Arithme-

Arithmetica. Nothos uerò asteriscis adiectis manifestauimus. Post eos typos, omnium Modorum singillatim naturam ac intonationes subnectemus in Choro cantantium consuetas quinis uersibus pernotatas.

PRima Octaua ex A in a, *11.* habet Modos, Hypodorium & Aeolium, hoc est, secundum ac nonum.

SEcunda Octaua ex B in b, habet etiam duos Modos Hypophrygium, id est, quartum, & hyperæolium, id est, priorem Nothum, qui uicem Authentæ habet.

TErtia Octaua, ex C in c, habet Hypolydium sextum ueterē, qui mi habet in b claui: & Ionicum, qui undecimus, & uulgò quintus.

QVarta Octaua ex D in d, duos habet Modos, Hypomixolydium, hoc est, Octauum, & Dorium, id est, primum.

QVinta Octaua ex E in e, habet Hypoæoliū, hoc est, decimum, & Phrygium, id est, tertium.

SExta Octaua ex F in f, habet Hyperphrygium, hoc est, posteriorem Nothum Plagij loco, sed & Lydium ueterem quintum.

SEptima Octaua ex G in g, Hypoionicū, hoc est, duodecimum, quem uulgus sextum uocat, & Mixolydium, hoc est, septimum.

Septem

2 Hypodorius.
9 Aeolius.

4 Hypophrygius.
Noth. Hyperæol.


6 Hypolydius.
11 Ionicus.

8 Hypomixolyd.
1 Dorius.

10 Hypoæolius.
3 Phrygius.

Noth. Hyperphryg.
5 Lydius.

12 Hypoionicus.
7 Mixolydius.
Hæc Octaua est ut prima.




Septem Diapason species de similibus literis, singulæ binis Modis, de quibus duo Nothi.

E 4 *Authẽ-*


Authentæ, VI. γνήσιοι & Nothus I. asterisco signatus, diuisio Harmonica.


Plagij, VI γνήσιοι & Nothus I. asterisco signatus, diuisione Ἀριθμητικῶς facta.



De Dorio primo Modo.


HIc Modus apud Græcos celeberrimus eſt, à Doribus gente Græca nomen habens, inter Dd quartam poſsidẽs Octauã: diuiditur harmonicẽs in a paruo, finit cantus ſuos in D magno. Authentarum princeps, qui Quintam infra Quartam tenent. Cõmendatur à Platone in tertio de Republica, item à Luciano in Harmonide. σεμνὸς dicitur, id eſt ſeuerus, ab Apuleio quarto Floridorum, bellicoſus, ad carmen: Heroicum demodulandum aptiſsimus, habet enim miram cum alacritate grauitatem. Eius nomine quarta Diapaſon ſpecies à Boëtio lib. 4. nominatur. Hic ad pleniorem Modorum omnium intelligentiam, quinos ſingulis Modis ſubijciemus per quaternas lineas uerſus. Quorum primus cõtinet formulas in Verſuum fine, & Antiphonarum initia: Secundus Pſalmornm minorũ (ita enim uocãt) tũ integrorũ, tũ corruptorũ intonationes: Tertius Maiorũ, quartus Reſponſoriorum, quintus Introituum uerſus oſtendunt.






Te cum principium.

Sequitur intonatio in Pſalmis integris & corruptis.




Dixit Dominus Domino meo, ſede à dextris




meis. Deus in nomine tuo ſaluum me fac.

Hæc eſt intonatio maiorum Pſalmorum.




Magni ficat anima mea Dominum. Benedictus




dictus Dominus Deus Iſraël.

Verſus Reſponſiorum.



Gloria patri & fi li o &




ſpi ri tu i ſan cto.

Verſus introituum.



Eructauit cor meum uerbum bonum, dico ego




opera mea regi.


De Hy-

De Hypodorio ſecundo Modo.

QVoties Plagium ſiue ſubiugalem Muſici Modum oſtendere uolunt, Authentæ præponunt ὑπὸ prępoſitionē, ut huic Hypodorio, qui Dorij plagius eſt, qui cū cōmunem habet Diapente re la. Sed quando Diateſſaron Dorius ſupra Quintam habet, hic infrà continet, ea eſt re ſol. Ambitus huius eſt ex A in a, cuius nomine prima Diapaſon ſpecies apud Boëtium lib. 4. nominatur. Meminit eius Athenæus Dipnoſophiſton libr. 14. Diuiditur igitur Arithmeticōs in D, tetricam habēs grauitatem, minimeq́ adulatorius eſt. Quo ſanè primi Eccleſiaſtici uſi uidentur in rebus mœſtis ac triſtibus, quod Tractus, qui diebus piacularib. (quadrageſimam uocant) canūtur, planè oſtendūt, tum Reſponſoria & Antiphona uetera, copioſius. Cantus finit in D cum hero ſuo Dorio.




Euouae. Fidelis. Ecce Maria.




O Rex gloriæ. In

In Minoribus integris & corruptis.



Dixit Dominus Domino meo, ſede à dextris meis.



Credidi, propter quod locutus ſum.

In Maioribus.



Magnificat anima mea Dominum. Bene-




dictus Dominus Deus Iſraël.



Glo ri a pa tri & fi li o & ſpiritui



ſpiri tu i ſan cto.



Sentiant omnes tuum leuamen, quicunque cele-




brant tuam commemorationem.


De Phrygio tertio Modo.

HIc Modus à Græcis Phrygius dictus, celebris inprimis & uetus. Horatius Barbarum uocat Ode Epodon IX. ubi & Dorij meminit. Et Acron Phrygium exponit Barbarum. Et item Atheneus libr. 14. Dipnoſophiſton, Lucianus ἔνθε-ον, quaſi impetuoſum, ut probè uertit D. Eraſmus, Apule-

Apuleius quarto Floridorum, religiosum: habet enim seueram quandã indignantis insulationem, uotumq́ furoris inflammat, unde & σκολιὸς à Græcis, id est, tortuosus dicitur. Ambitus eius est inter duo E e. Eius nomine quinta Diapason species appellatur, apud Boetium. Diuiditur Harmonicẽs in mi, quod est in bfa♮mi, totamq́ Octauam habet supra clauem finalem E: perlibenter uerò descendit in C, ut ipsius Plagius Hypophrygius.



Euouae. Quando natus es. Calicem.




Pange lingua gloriosi.


Dixit



Dixit dominus domino meo,ſede dextris meis.



Credidi propter quod locutus ſum.




Magnificat anima mea Dominum.Benedi-



ctus Dominus Deus Iſraël.




Glo ri a patri & fili o & ſpi-



ri tu i ſancto.



Benedic anima mea Domino, & omnia quæ




intra me ſunt nomini ſancto eius.

De Hypophrygio quarto Modo.


QVemadmodũ Hypodorius Dorio, ita hic Phrygio ſubĳcitur, qui cum Diapente habet cõmunem mi mi, Diateſſarõ aũt la mi infra quintã, quam Phrygius ſupra quintã. Ambitus eius eſt ex ♮ magno ad ♮ paruum, quanq; raro ad ♮ deſcendit, imo frequentius omiſſo inferne Semitonio id ſuperne adĳcit, ut inter *11.* C c incedat, finitus tamen in E. Humilis ſane eſt Modus, ad fletum aptiſsimus: habet enim triſtem quandã queri

F moniam


moniam ac ſupplicem lamentationem. Adhibetur & ſacris luctibus, ut Threnis Hieremiæ. Finalis cla uis eſt E cum hero ſuo Phrygio. Eius nomine eſt ſe cunda Diapaſon ſpecies, quæ Harmonicis diuidi non poteſt in Diapente ac Diateſſaron, ſed in Semi diapēte ac Tritonum, quemadmodum capite XV. commonſtratum eſt.




Euouae. Tota pulchra es.



Nos ſitientes.



Dixit Dominus Domino meo, ſede à dextris meis.




Credidi, propter quod locutus ſum.

Ma-



Magnificat anima mea Dominum. Benedi-




ctus Dominus Deus Israël.




Gloria patri & fili o &



spiri tu i san cto.



Attendite popule meus legem meam, in-




clinate aurem ueſtram in uerba oris mei.

De Lydio quinto Modo.


ET hic Modus à Gentibus nomẽ habet, nempe à Lydis in Aſia, apud ueteres in multo uſu, inter Fac f, cum mi in b claui, ut apparet in Gradualibus, quæ uocãt. Quanquã rarũ eſt, ut Lydius hodie nõ ſit corruptus, ac in Ionicũ detortus, adeò placuit Ionici mollicies. Facilis enim lapſus eſt ex Lydio in Ionicum mutata Diapente fa fa, in ſol ut. Ea tamen mutatio multum erroris nobis peperit, ut creditus ſit ab indoctis Muſicis Lydius idẽ cum Ionico, ſed de ea re ſatis dictum eſt Capite XV. Noſtra ſanè ætate Lydius rariſsimè à Symphonetis proditur. Lutuuichus Senfly Tigurinus Pſalmũ, Deus in auditorium meum intende, ad Lydij formam exhibuit. Paſsio Domini noſtri Ieſu Chriſti ad eum inſtituta Modum cum ſuo Plagio, ut Cap. XIII. dictum eſt. Durus eſt Modus & minax, querulus ut eum uocat Apuleius, Βακχικὸς, ut Lucianus.

Eius

Eius nomine sexta Diapason species nomen habet apud Boetium. Arithmeticōs uerti non potest in Diatessaron ac Diapente: nam infrà Tritonus, supernè Semidiapente relinquitur.




In integris & corruptis Intonatio minorum Psalmorum.






Maiorum Pſalmorum Intonatio.



Magnificat anima mea Dominum.




Benedictus Dominus Deus Iſraël.

Verſus Reſponſoriorum.




Glori a patri & fili o & ſpi-




ri tu i ſancto.

Introituum Versus.



Beati immaculati in uia, qui ambulant in




lege Domini.


De Hypolydio sexto Modo.

EAdem querela est de Lydij Plagio; quæ de hero, Mi exposcebat in b, sed illud frequenter in fa mutatum, ut ex Hypolydio fieret Hypoionicus, ut ex Lydio Ionicus. Eius nomine tertia Diapason species apud Boetiū appellata est. Cum Lydio communem habet Diapente fa fa, sed inferne annexam Diatessaron fa ut, quam Lydius superne. Itaque ambitus eius est C c, Os iusti, & Esto mihi. Introitus huius fuere Modi, quanq; in quibusdam codicibus pro mi introductum est fa. Intonationes eius ab Hypoionico nihil differūt, sicut nec Lydij ab Ionico. Volui aūt hos Quinti & Sexti nominibus prodere, ob antiquitatem. Ionicū autem & Hypoionicum Vndecimum Duodecimumq;, ut eos qui sero ab Ecclesia recepti sint.


F ✦ Euouae.




Euouae. O quam admira-




bile. O quam ſuauis.



Dixit Dominus Domino meo, ſede à dextris meis.




Credidi, propter quod locutus ſum.



Magnificat anima mea Dominum.


Benedi-



Benedictus Dominus Deus Israel.




Gloria patri & filio & spi-



ri tu i san cto.



Noli æmulari in malignantibus, neque zela-



ueris facientes iniquitatem.

G De Mi-


De Mixolydio septimo Modo.

IN uno hoc Modo incidunt Diapason ac Modi nomina. Septima enim Diapason species etiam septimus est Modus, inter duo Gg diuisus Harmonicωs in d, Mixolydius ut Diapason. Eius mentio est tum apud Athæneum, tū apud Platonem. Apud ueteres Ecclesiasticos in maximo fuit usu, ut ex mille Responsorijs apparet, ac alijs canticis, nōstra uerò tēpestate in nouis thematis sicut eius Plagius Hypomixolydius rarus apparet, præripiente omnia Ionico, sua Diapente. Cui Musici supernè annectunt ut fa, pro re sol, cum hic Modus poscat re sol: Puer natus est nobis, Introitū Ioannes Mutton in Ionicum mutauit, mutata supernè Diatessaron, Petrus autem Platensis in Dorium, mutata infernè Diapente: uterque licenter, ne dicam ineptè.


Euouae.




Euouae. A ſperges me.



Viri Ga li læ i.



Dixit Dominus Domino meo, ſede à dextris meis.




Credidi propter quod locutus ſum.



Magnificat anima mea Dominum.

G i Benedi-


Benedictus Dominus Deus Iſraël.
Glo ri a pa tri & fi li-
o & ſpi ri tu i ſan-
cto.
Cantate Domino canticum nouum, quia mi-
rabilia




De Hypomixolydio octauo Modo.

OCtauus Modus Hypomixolydius, Plagius Mixolydij, ſuauis omnino, eandem cum Dorio habens Diapaſon. Quem unum Muſici Eccleſiaſtici poſt ſeptem Diapaſon ſpecies aſſumpſerunt, alia facta à Dorio diuiſione, cum alioqui ſeptem ſint Modi duntaxat, ut ſeptem Diapaſon ſpecies. Quód ſi hoc quartæ Diapaſon ſpeciei conceſſum eſt, cur non & alijs concedatur, ſiquidem poſſunt diuidi? Secunda enim & ſexta bifariam diuidi non poſſunt, ut ſæpe dictum eſt. Apud ueteres Eccleſiaſticos in delicijs habitus eſt hic Modus, in quo naturalis eſt iucunditas, paucis Muſicis noſtra ætate nota. Graditur inter D & d, ut Dorius: finitur in G, ut eius herus, cum quo communem habet Diapente ut ſol, ſed Diateſſaron re ſol infernè, quam herus eius ſupernè.




Euouae. Veni ſancte ſpiritus.



Veſpere autem Sabbati.



Dixit Dominus Domino meo, ſede à dextris meis.




Credidi propter quod locutus ſum.




Magnificat anima mea Dominum.




Benedictus Dominus Deus Israël.



Gloria patri & fili o & spi-



ri tu i san cto.



Confirma hoc Deus q̃d operatus es in nobis,



templo sancto, quod est in Ierusalem.


De Aeolio nono Modo.

HActenus uulgareis tractauimus Modos, quorum usus est in Psallentium choro. Nunc reliquos quatuor γνησίους & duos Nothos numerabimus. De quorum numero Aeolius primus, sed post octo, omnibus notior, nonus ordine, qui & ipse à gente Græca Aeolibus nomen habet. Authētes inter duo A a, diuisus Harmonicè in E, eandem habens cum Hypodorio Diapason speciem, alioqui Dorio persimilis natura, quippe qui cum eo communem habet Diapente re la, sed differt Diatessaron, habet enim mi la pro re sol. Hic in Ecclesiasticis cantionib. primus fuisse uidetur, ut in Symbolo Apostolorum, Pater noster, Aue Maria. Sed in imo eius Modi. Apuleius simplicem uocat, tertius est, mitis, ac mirè suauis ad modulanda lyrica. Vulgus peregrinum uocat, & in uno duntaxat Psalmo in usu habet. In Introitibus non memini aliam formam Versuum, quàm quæ in Dorio.

Euouae




Euouae. Credo in unum Deum.




A ue Mari a. Nos qui uiuimus.



In exitu Iſrael de Aegypto domus Iacob de



popu lo barbaro.




Magnificat anima mea Dominum.


Quidam ita claudunt.




Anima mea Dominum.




Bene dictus Dominus Deus Israel,quia ui-



sitauit & fecit redemptionem plebis suæ.



Gloria patri & fi-



lio & spiri tu i sancto.

De Hypoco-


De Hypoæolio decimo Modo.

HIc Aeolij Plagius est, communem habēs Diapente re la, communem item Diatessaron mi la, sed inferne, quam herus eius superne. Graditur inter duo E e, ac cum Phrygio eandem obtinet Diapason speciem, sed leuatus in superiorem Octauam, alioqui infimæ duæ notulæ eius infra Γut uenissent. Commodissimus igitur locus Aeolij, heri eius, esset ab a paruo ad A a geminum, quē admodum Cap. XV. posuimus, quanquam id nihil refert, cum de Octauis idem sit iudicium. Multæ sunt huius Modi cantiones, ut Gradualia in Aduētu Domini, & circa Pascha. Quæ tamen uulgò Cantores omnes Hypodorio ascribunt, dubia Diatessaron in imo, quæ & mi la & re sol cani potest. Ita ordinatis uocibus ut Semiditonus non prodat Semitoniū. Intonationes proprias nullas nouimus præter unam quæ propemodum in Hypophrygium cadit, parum curantibus Ecclesiasticis, cum sit alioqui sat Modorum. Responsoria habent proprium Versum, ut patet in Responsorio Circuncidunt.

Euouae.




Euouae. Exaltata es.



Dixit Dominus Domino meo, ſede à dextris meis.



Glo ri a pa tri




& fi li o & ſpi ri tui ſan cto.

De Ionico undecimo Modo.

ET hic Modus à Græca Gente Ionibus nomen habet nec quiſquã alius in maiore uſu hac æta te. Vera eius ſedes inter duo C c, ſed nũc ubiq; inter duo F f cum fa in b claui pernotatur. Γλα-

φυρὸν

φυρὸς à Luciano dictus, id est, iucundus, ab Apuleio uarius, qui eum lasciuũ uocat. Huic Modo omnem cantum, in ut finitũ quidam adscribũt, quippe qui eum ab Mixolydio uix discernunt, saltationibus, carminibus Trochaicis ac Iambicis aptissimus. Ideoque à ueteribus Ecclesiasticis in nullo propemodum usu, at à quadringentis, plus minus annis acceptus, & plerũq; ex Lydio corrupto natus, nũc solus regnat depulso Lydio. Eius intonationes haud dubiè nullæ aliæ sunt, q̃ Lydij, sed fa pro mi in Diapente, sol sol la fa sol mi, pro fa fa sol mi fa re.




Euouae.

De Hypoionico duodecimo Modo.

IOnici Plagius Mixolydium inuertit, in maxima nunc usu, qui olim cum suo hero exulabat. Irrepsit in Ecclesiasticos cantus corruptione Hypolydij, ut Ionicus pro Lydio, aptissimus Orthrijs ac amatorijs, tubarum quoq; sonitus inter huius Modi limites constat, integra omnibus chordis Diapẽte, sed Diatessarõ extremis potissimum. Ambitus

eius

eius G g ut Mixolydij, nisi quis eum inter duo C c ponat, sed cum fa in b claui, quemadmodum frequentius hodie notatur.



Euouae.

De Hypereolio priore Notho.

IN duplici illa diuisione, qua Diapason per Quintam ac Quartam diuiditur, Arithmeticãs & Harmonicãs, bis claudicat diuisio, semel in secunda Diapason specie, quæ est Hypophrygij in F, est enim inferius Semidiapente, superius Tritonus. Iterum in Sexta quæ est Lydij, quam si in mi, quod est in b claui, diuiseris, superne erit Semidiapente, inferne Tritonus, id quod nunc toties diximus. Prior diuisio uocatur Hyperæolius, quod proxime supra Aeoliũ sedem habeat, altera uero Hyperphrygius, quod supra Phrygium locetur. Prioris nullum unquam uidi exemplum in choro, facile tamen fingi potest, si ei concedatur id quod alijs Authentis datur, inferne uel superne Tonus siue Semitonium.

De

De Hyperphrygio altero Notho.

IN his duobus Hypo locum non habet, quia prior Modus cum à nemine cessēt celebratus, nomē nullum à gente, sed è positu habet, ita & huic Plagio accidit. Vt igitur herus eius reiectus est, ita eius seruus cōtemptus iacet. Inueniuntur tamen in Choro eius cantus, ut Tollite, Dominica XVIII. Communio. Item, Domine fac meum misericordiam, Offertorium die Mercurij ante Lætare. Item, Per signum Crucis.

FINIS.

BASILEAE.

EX OFFICINA HIERONYMI CVRIONIS, IMPENSIS HENRICI PETRI. ANNO M. D. LIX. MENSE MARTIO.



Menſuralis Muſices

EX GLAREANI DODE-cachordo Compendium.

De Notularum figuris. Cap. I.

SEptem ſunt, quibus frequenter hoc in cantu utimur, notularũ figuræ. Eas hic ordine, cum exemplis apponere placuit.

Maxima, quæ quadratõ quidem, ſed altera parte lõgiore corpore pingitur à dextris uel aſcendentẽ habens caudam, uel deſcendentem.

Longa, quæ uerè quadratò corpore, ac item à dextris, uel aſcendente uel deſcendente cauda adſcribitur.

Breuis, nota item quadrata, ſed abſque cauda.

Semibreuis, quæ forma Rhombi uulgò pingitur, olim triangula; ſecto

H per

per Diametrum quadrato.


Minima, quæ Semibreui caudam uel aſcendentē uel deſcendentem ap ponit. His *V*. ſunt uſi à *LXX*. nunc opi nor annis. Quidam eas eſſentialeis uo cant. His additæ ſunt duæ.



Semiminima, quæ ut minima pin gitur, ſed uel oppleto medio ſpacio, uel appoſito ſupernè unco.



Fuſa, quæ corpore pingitur ut Se miminima, ſed colori uncum etiam ad dit: non colorata binos, ut ex æquo ſit color & uncus. Organarij uerò alijque plurimi, qui inſtrumentis hac ætate u tuntur muſicis, etiam Fuſam diuiſerũt, ut faceret octauam notarum figuram, Semifuſam quidam uocant. Dextrum hic & ſiniſtrum uoca mus, quemadmodũ ubiq; in Mathematicis, quod homini aſpicięti librum dextrum ac ſiniſtrum eſt.



De Notarum ligaturis. *Cap. II.*

VT notulæ aptius ſyllabis uerborum cohære rent, inuentæ ſunt notarum connexiones, quæ

quas nunc ligaturas uocãt. Eas nos exẽplo Ioãnis Coclæi, præceptoris nostri quõdam in musicis, in octo classes siue canones coniiciemus hoc ordine.

Canon Primus.

NOtula (siue uno corpore longiusculè obliquato, ac propemodum quadro, siue binis uerè quadratis ac gradatim cohærentib. corpusculis ea fuerit) quæ à latere sinistro habet caudam ascendentem, ipsa cum sequente Semibreuis est. Quod ideo factum est, ne unica atq; sola esset Semibreuis inter breueis, cum suapte forma Semi breuis non ligetur.

Canon II.

NOta quæ à latere sinistro habet caudam descendentem breuis est.

Canon III.

OMnis media breuis est, ideóq; longa in medio, ut Franchinus præcipit, non habet locum, quã quam hoc quidam negligunt.

Canon IIII.

PRima carens cauda, breuis eſt, ſcandente ſecunda.

Canon V.

PRima carens cauda, ſit longa cadente ſecunda.

Canon VI.

VLtima quadrata dependens ſit tibi longa.

Canon VII.

OMnis nota à latere dextro caudam habens, longa eſt.


Canon VIII.

MAxima nulla quantitatis diuerſitate ligatur. Eorum canonum exemplà ſubijcere placuit.


Exem-




Exēplū primi canonis. Secundi. Tertij.



Quarti. Quinti.



Sexti. Septimi.




Octaui.

HIc porrò, antequam ad alia progrediamur, nodum, quòd huius artis Doctores prædictas notas aliquādo in æquas parteis diuiserunt, nonnunquam in parteis treis. Maximam in treis longas, longam in treis breueis, ac sic in cæteris ad minimam usq;. Eandem maximam in duas lōgas, lōgam in duas breueis, ac sic per omneis reliquas. Quoties igitur diuisio hæc in tria facta est, Perfectio: quoties per duo, Imperfectio nominata est, ut ex sequentibus planum fiet.


De Pausis. Cap. III.

PAusæ inuentæ sunt tum ad cantantium quietem respirationemq;, tum ad cantus suauitatem. Eæ propriè sex sunt, quas transuersis, hoc est, à superioribus deorsum ductis lineis periacenteis in plano lineas pingũt, sed inæqualibus tamen spacijs. Prima, Pausa Modi, quatuor attingens lineas, triaq; occupans spacia longam perfectam facit. Secunda, Pausa longa, treis attingēs lineas, duo occupans spacia, longam imperfectam ualet. Tertia, Pausa propriè, de linea ad proximam ducta lineam breui æquiparatur. Quarta, Semipausa, à linea demissa ad medium duntaxat spacij, ualet semi breui.

breui. Quinta, ſuſpirium, cōtra atq; ſemipauſa ſurſum ad ſpacium medium ducta, ualet minima. Sexta, Semiſuſpirium, uncū ſuſpirio addit, ualetq; ſemiminima, non in magno uſu. Contingit etiam ſæpe ut generales pauſæ in omnibus cantionum uocibus ab initio, nonnunquam in medio ad tactus completionem ponantur, magna aliquando cantantium confuſione. Item Semipauſa cum ſuſpirio initio *IIII.* uocum. Item in fine omnium cantilenarum duæ trāſuerſæ lineæ per omnia interualla ductæ adiici ſolent. Harum omnium pauſarum hæc ſit deſcriptio.




Pauſa modi. Pauſa lōga. Pauſa ꝓprié. Semipauſa.




Suſpirium, Semiſuſpirium. Generales.

De Punctis. *Cap.* *IIII.*

PVncta sunt triplici differentia, unũ quo maximè utimur, Additionis, quod dimidium notulæ præcedentis significat, in omni cantu siue perfecto, siue imperfecto. Alterũ est diuisionis, quo in cantu perfecto tantum utimur. Secat enim temporum rationes, ut mox exemplo declarabimus, id non proximè ad notas ponitur, sed paulò altius. Tertium uocant perfectionis, cum, quæ notula imperficeretur perfecta manet propter puncti potentiam, & est uelut Additionis. Horum exempla multa Frãchinus tractat, sed nobis hæc sat erũt.



Exemplũ puncti additionis. Exemplũ puncti



diuisionis, perfectionis.


Hic

HIc primum pũctum ſignificat dimidium maximæ ſecundum, dimidium longæ: tertium, dimidium breuis, & deinceps eodem modo. Poſt circulum aũt (q̃d perfecti temporis eſt ſignũ) punctũ ſeparat duas ſemibreueis, alterã ad priorẽ breuem, alterã ad ſequentẽ breuẽ. Mox idem punctum poſt breuẽ poſitum, ſeparat ſemibreuẽ priorem à breui, ac innuit breuem perfectã, quæ pauló ante erat imperfecta. Prima igitur breuis poſt circulum imperfecta eſt, ut ſecunda: tertia autem perfecta, ut quarta. In tertio exẽplo prima breuis perfecta manet propter punctũ, quæ alioqui imperficeretur à minori per regulam de imperfectione. Verum de his in ipſo cantu melius iudicabitur.


De Modo, Tempore ac Prolatione. Cap. V.

QVoties de bina ternaúe diuiſione loquimur, hoc de quinque primis intelligi uolumus notulis. In alijs enim ſequentibus bina eſt diuiſio, hoc eſt, in duas duntaxat parteis. Muſicorum diligentia tria inuenit uocabula, quæ ſunt Modus, Tempus, ac Prolatio. Modi duo ſunt maior ac minor. Modus maior perfectus treis longas in maxima continet, imperfectus duas. Minor autem modus perfectus treis breueis in longa: Im-


perfectus duas, ita Tempus perfectum treis semibreueis in breui: Imperfectum duas. Deniq; prolatio perfecta treis minimas in Semibreui: Imperfecta duas continet. Huius rei hic est typus.




Modus maior perfectus. Eius signum. Modus maior imperfectus.



Modus minor perfectus. Eius signum. Modus minor imperfectus.



Tempus perfectum. Signa temporis perfecti. Tempus imperfectũ.




Signa tẽporis imperfecti. Prolatio perfecta. Signa prolationis perfectæ. Prolatio imperfecta.

De signis.


De signis. *Cap. VI.*

POrrò ut in omni cantu iam dicti Modi, tempo ris ac prolationis noscerentur species, signa à Musicis inuenta sunt ad cõmonstrandas perfectiones imperfectionesq;. Modi Maioris Perfecti duæ lineæ per terna spacia ante circulum ductæ initio cantilenarum: Minoris perfecti unica linea. Hæ lineæ per terna spacia ductæ, si initio defuerint, utrunque Modum imperfectum ostendunt. Temporis autem perfecti signum inuentum, totus circulus O Φ, imperfecti autem semicirculus C ₵. Deniq; Prolationis perfectæ signum, punctum circulo, semi circulatione inscriptum: Imperfectæ puncti absentia. Verùm perfecta prolatio in nullo hodie est usu. Multæ sunt hic aliorum præceptiones, quas omneis enumerare superuacaneũ putamus. Sunt enim qui Modũ circulo, Tempus numero indicant, ut utrumq; perfectum sic O 3: imperfectum sic C 2. Nostra tempestate duo signa ferè totũ uersant negocium O C, quæ aliquando lineam per medium ductam suscipiunt sic, Φ ₵, quæ tamen notulas in ualore non minuunt, sed tactu festinandum innuunt, utpote iã fesso auditore, quod pathos diminutio-

minutionem uocat Franchinus. Sunt item implici ta quæ uocant ſigna, & perfecti quidem Modi, ſi ternas alicubi in cantu longas, uel eis æquiualentes, denigratas inueniamus. Temporis autem perfecti ternas breueis coloratas, ſiue binas ſemipauſas ſimul poſitas reperiamus. Deniq; perfectæ prolationis, ſi ternas ſemibreueis denigratas, aut bina ſuſpiria ſimul poſita conſpiciamus. Horum ſignorum implicitorum nudas deſcriptiones ponere placuit, quando ex cantionibus ea luculentius percipiuntur.



Modi perfecti implicita ſigna. Item temporis




perfecti. Prolationis perfectæ.

De Ta-

De Tactu siue cantandi mensura.
Caput VII.

INter primos huius artis nouæ authores contentio fuisse uidetur, quibusdam mensuram ad breuem referētibus, ut ante annos sexaginta in Germania nos olim uidimus, alijs ad semibreuem adijcientibus: ac hæc opinio nostra ætate præualuit, & est sanè facilior huius artis tyronibus. Quot igitur tactus notulæ habeant singulæ, facilimum uidere est in notularum resolutione. Resolutio autem fit secūdum perfectionem imperfectionemq́ꝫ Modi, Temporis ac Prolationis. Vbi enim ea omnia tria perfecta erunt, Maxima ualebit uiginti septem Semibreueis, quod rarissimè usu uenit. Eius igitur exemplum apponere omisimus. Vbi uerò hæc tria omnia imperfecta fuerint, quod uulgo usitatissimum est, Maxima ualebit octo Semibreuibus. Cuius exemplum subijcere placuit ad iuuandam plurium memoriam.


Sæpe



Sæpenumerò autem euenire solet horũ commixtio, ut Modo ac Prolatione imperfectis, Tempus sit perfectum, ac alijs item formi..

Sed

Sed nos temporis perfecti, cum alijs imperfectis unum adponemus typum, quia frequenter ita in-stitui consueuit cantus.



De Augmentatione, Diminutione ac Semiditate.
Cap. VIII.

COnſueuerunt Muſici ad unam duntaxat can tilenæ partem ponere uel circulum uel ſemicirculum cum puncto: ſic ⊙ ⊂ ac tum uocare augmentationem. Sic minima ualet ſemibreui, ſemibreuis perfecta, tribus ſemibreuibus. At ſi hæc ſigna omnibus cantilenæ partibus apponuntur, prolatio perfecta eſt, at ea nunc in raro eſt uſu. Notularum itaq; paucitas in una aliqua partiū cātilenæ ſatis innuit augmentationem, ut Iacobus Hobrecht in Miſſa Si dedero, & Iuſquinus in Miſſa Lhom̄e arme ſuper uoces Muſicaleis. Quoties autem uolunt Muſici tactu feſtinandum eſſe, quod tum faciendum cenſent, cum auditum iam fatigatum putant, ut faſtidium tollant, lineam per circulum uel ſemicirculum deorſum ducunt ſic, ⏀ ¢ atq; hoc quidem pathos Diminutionem uocant, non quod notularum aut ualor aut numerus diminuatur, ſed quod Tactus fiat uelocior. Vt in fine Et in terra, Patrē, Kyrie, Agnus Dei. Quidam eandem diminutionem in hiſce ſignis O, C, notari aiunt, quando tres ſemibreues uno tactu, magnifico qui-

eó quidem illo ac auguſtiore numerantur. Vulgus cantorũ triplam uocant impropriè, cũ nulla ſit hic ad alias notulas comparatio, ut poſcit tripla ratio, ſed in quatuor uocibus æquo ualore omnia incedunt. Trochaica potius diceretur, quamuis Iambicæ mixta. Eandem quibuſdam placet nigris pernotare notulis abſq; omni ſigno, falsò è quibuſdam Hemiolia dicitur, id eſt, ſeſquipla, uel ſeſquialtera. Vulgus itē cãtorũ uno charactere ternarij; notãt, quos uehementer increpat Franchinus. Tot ſunt hac in re opiniones, quas ſi omnes recẽſere uelim, planè laterem lauero. Deniq; ſemiditatẽ uocãt, cũ altera uox ſemicirculũ abſq; lineola habet C. altera cũ lineola ₵ . notulæ in priore ſigno dimidò maiores habebuntur, ut eſt apud Iuſquinũ ac Hobrecht frequenter. Porrò augmentatiò diminutioq; fit ſæpe præſcripto canone, ut, ſit Breuis longa: uel contra, ſit Longa breuis. Qua in re nimis ineptiunt noſtra ætate cantores obſcuris Sphingos ænigmatis; quæ præter ſyllabam intelligat nemo.

De notarum imperfectione. Cap. IX.

Omnis perfectiò in Muſicis, ut antea diximus, ternario conſtat. Verum ab ea deficere bifariam contingit, uel notæ alicuius abundãtia uel defectu. Cũ nota ſuperfluit, maiorũ aliqua mi-

nuēda eſt,ut minor quoq; in numerū ternariū ueni at,atq; ita fit imperfectio. Cum aūt nota deficit,ex duabus præſentib. altera, nempe ſecūda dupla eſt, ac ſic fit alteratio, de qua pauló póſt dicemus. Eſt itaq; Imperfectio notæ perfectæ in ternario depræ datio,in ſolis perfectis locū habēs. Sed neq; maior minorē,neq; æqualis æqualem imperficere poteſt: Sed minor maiorē tū ab anteriore, tū á poſteriore parte,idq; perpetuó,niſi Diuiſionis punctū impediat. Ex quo ſequitur qd' Maxima ſola imperficitur,Minima ſola imperficit, Longa aūt, Breuis,ac Semibreuis & imperficiūt præcedētes ſe,ac imperficiuntur á ſequentib. Vbi hæc regula eſt: Si minor notula maiorē ſequatur,ſe ipſa tollet de maiore,niſi punctū diuiſionis impedierit. Exempli gratia: Si breuis longā perfectā ſequatur breuis ſeipſa tollet hoc eſt, Longa quæ antea tribus ualebat breuibus, iam duabus ualebit. Rurſus ſi longa ſemibreuis ſequatur,ipſa ſe tollet, ut ſit longa Modi imperfecti, temporis perfecti,quæ ſex ualet ſemibreuib. Si Semibreuis ſequatur,iam V. duntaxat ualebit. Ita ſi breuē perfectā ſequatur Semibreuis,Breuis. quæ antea tribus,nunc ſané duab. ualebit Semibreuib. De Prolatione eodē iudicandū modo. Porró Pauſæ eodem modo imperficiunt, ut ſi poſt breuem

perfectā


perfectam sequatur semipausa, Breuis ipsa imperficitur, nisi punctum, ut diximus, impedierit.

De Alteratione. *Cap.* X.

ALterationem hic uocamus notulæ duplicationem in ualore. Ad eam instituẽdã coacti sunt Musici hac potissimũ de causa: Quòd simílis ante similẽ nõ potest imperfici. Quapropter necesse fuit, ut aut aliam notulæ formã inuenirent, aut inuentam duplam facerẽt, ut ternaria ratio Modo, tempore ac prolatione constaret. neq; enim usq; est alteratio, q̃ in perfectis. Quare quoties in modo perfecto duæ breues, aut in tempore perfecto duæ Semibreues, aut imperfecta prolatione duæ minimæ ultra ternariũ numerum superfluunt, nec ulla reductione imperfectionis impediuntur, secũda perpetuò duplatur, non prima. Id autem punctum diuisionis sæpius indicat. Porrò neq; pausæ alterãtur, neq; figuræ minutiores, sed imperfectionis primum Kyrie ex Iusquini Fortuna adponere placuit, in qua & Alteratio apparet. Nã ad has duas intelligendas necesse est maiorem esse usum, quã qui compendio tam breui doceri queat.


Ex Iusquini fortuna.

Tenor.



IN hoc Tenore prima notula manet perfecta; quia ligatura imperfectionem impedit: tertia alteratur, id est, duplatur, ad ternariam dimensionē complendam. Sexta etiā manet perfecta, quia duæ Semipausæ sequuntur. Decima item alteratur, eadem ratione qua tertia. In reliquis tribus uocibus prima quæq; imperficitur, quia duæ minimæ æquiualent Semibreui.


Cantus.




Altus.





Altus.







Basis.









Cantus.




Altus.





ἐλὶ κοιρ.

Baſis.



ἐ λὶ ἁ σορ.


De Syncope. Cap. XI.

SYncopen uocant, quoties notulæ minores per maiores ſeparatæ ad ſe inuicem reducūtur. Ea omni cantu ualde communis, magnā adfert uenuſtatem. Cauēdum autem ne nimis longa ſit, nec

per pausas differatur, neq; per nimis magnas notu las, qualis esset si minimæ per longas differrentur. Sed quotidianus usus hanc ubiq; ostendit.



Primoge-



Primo genitus Mariæ uir



ginis ma tris.


De Proportionibus. Cap. XII.


NVlla neq; magnificentior res est neq; eruditi or in Musicis quàm perfecta musicarum pro portionũ ratio. Vt uidere est apud doctissi-mũ uirũ Franchinum Gaforum Mediolanensem, in nobilissimo illo opere de proportionibus musi cis. Quas quidem omneis ab ipso exhibitas planè miror, si quisq; mortalium canere possit, mihi sanè res stupenda uisa, ac omnino miraculo fuit. Atqui ut uerum fatear, non, ut ea res est argutissima, eru-ditissimaq́;, ita etiam iucũdissima, aut ullo usu. Vn de Symphonetæ, qui oblectare hominum aureis malunt, ab ijs abstinent. Vix ultra quinque apud omneis, quotquot per hasce aliquot ætates uixe-re, reperias. Meo quidem iudicio in genere multi

plici,per ipſas notas omnis proportio inſtitui po-
teſt dupla,tripla,quadrupla. At in genere ſuperpar
ticulari ſecus. Vt in ſeſquialtera ,quæ & Seſquipla
& Hemiolia dicitur,ut poſtea dicemus. Treis igi-
tur in genere multiplici,quæ in maiore quidem u-
ſu,tractabimus.


Dupla Proportio.

DVpla igitur proportio eſt, ubi maior nume
rus cõtinet minorẽ bis ; ut 4 ad 2. Quoties ue
2 4 6 ro in cãtu numeri præfigũtur, ad hũc modũ
1 2 3 notularum ualor duplo minuitur. Ita longa
pro breui,breuis pro ſemibreui cãtabitur. Reliquæ
itẽ notulæ ad eandẽ formã. Contra in ſubdupla no
tularum ualor duplo augetur. Ita breuis pro lõga,
ſemibreuis pro breui exhibebitur. Oportet autem
comparationẽ æquis rationib. fieri,ut perfecta per
fectis,imperfecta imperfectis cõparentur. Deſtruũ
tur aũt proportiones obuenientib. in medio,uel ſi
gnis tẽporis,uel cõtrarijs proportionũ ſpecieb. Vt
dupla per hæc,& ſimilia ſigna O C uel per ſubdu-
plã. In alijs itẽ proportionib. idẽ accidit. Ex Fran-
chino eſt hoc exemplum in tempore perfecto.






te laudibus efferam ne ſcio.



Sancta & immaculata uirginitas, quib. te laudib.




efferam ne ſcio.

Tripla proportio.

TRipla proportio eſt cum maior numerus continet minorem ter, ut ſex ad duo. Quoties uerò cantui præfigūtur hi numeri $\frac{3}{1}$ $\frac{6}{2}$ $\frac{9}{3}$ notularum ualor triplo minuitur. Ita tres Semibreues pro una Semibreui obueniēt, tres item Breues pro una breui, & in cæteris eodem modo. In ſubtripla aūt contra, notularū ualor triplo augetur. Cantores

tores etiam consueta licentia canonis præscriptio-ne & in hac & in aliĳs proportionibus tum minuũt tum augent. ut his uerbis: Crescat Tenor in duplo, in triplo, in quadruplo. Est autem hæc Proportio duplo celerior in tactu, quàm ea, quam uulgò triplã uocãt, de qua paulò posterius. Triplæ proportionis ueræ est hoc Ioannis Coclæi exemplum.



Quadrupla proportio.

QVadrupla proportio est, quãdo maior numerus continet minorẽ quater, ut quatuor unũ. Cæterũ in cãtu q̃ties numeri ad hunc mõdum

modū $\frac{4}{1}$ $\frac{8}{2}$ $\frac{12}{3}$ præfiguntur, notularū ualor quadruplo minuitur. Ita in tempore Imperfecto longa Semibreui ualet: Breuis, Minima. Huius exemplum ex Coclæo est.




Hic plane uides in dupla ac quadrupla ratione idem esse, q̃d in imperfectis notularū est diuisio. Vnde neutiq; uidetur in his anxie sudandū, cū uix ad alia sufficiat ætas hominis.

Proportio


Proportio Sesquialtera.


SEsquialtera proportio est, quoties maior numerus minorẽ semel complectitur, ac insuper eius alterã partẽ, hoc est, dimidiã, ut 3 ad 2. 6 ad 4 comparata. In cantu aũt ita præfiguntur numeri $\frac{3}{2}$ $\frac{6}{4}$ $\frac{9}{6}$ turn em̃ notulæ altera parte minuũtur. Itaq; tũ Semibreuis cũ minima, aut tres mtnimæ pro una semibreui cantabũtur. Item breuis cũ semibreui pro breui. Contra in subsesquialtera notulæ altera augebuntur parte. Coclæi exemplum est.



Hoc

HOc exemplum eo libẽtius retulimus, ut differẽtia harum proportionũ facilius disceretur, Triplam puto ac Sesquialteram, quæ ut ex Tenore patet, habet inter se duplam rationem. At quam nũc uulgò Triplam in usu habent, ea est uelut Sesquialtera ad Sesquialteram. Quod ut Lector intelligat, idem exemplum ad uulgatam rationem, ut in usu hodie est, pernotabimus.






Vera tripla cõparat treis Semibreueis ad unã Semibreuẽ, Sesquialtera uero sesquiplã ad unã. At hæc uulgaris ex æquo in omnibus uocibus incedit magnifico illo ac superbo Tactu. Variè etiã scribitur, nonnunq̃ omnib. albis, aliquãdo omnibus nigris, deniq; aliquando mixtis: itẽ nonnunq̃ breuibus ac semibreuib. aliquãdo semibreuibus ac minimis. Cuius sunt multa signa O; C; ₵; $\frac{O}{3}$. Quidam uno ternario 3. In Missis frequẽter in fine Et in terra ac Patrem adhiberi solet. Sæpe alternis uersibus aut Kyrie. Nonnunq̃ ad auditorũ tædiũ leuandũ, etiã in medio. Cuius exemplum paruum ex Iusquini Aue Maria adponere uoluimus.







castitas, cuius purificatio nostra fu-



it purgatio. Tenor.




Aue uera uirginitas immaculata castitas, cu-




ius purificatio nostra fuit purgatio.

Basis.




Aue uera uirginitas immaculata castitas, cuius



purificatio nostra fuit purgatio. K Hanc


HAnc igitur figũram in omnibus uocibus, æquo tactu magnificè incedentem, nemo proportionem commodè nominabit, cum nulla ſit hic notularum inuicem collatio ſecundum aliquam numerorum imparitatem. Sed uidetur eſſe arte aliqua figurata quædam perfectionis forma & nouata cantandi ratio, remota à communi & primũ inſtituta ratione. Quippe in qua Imperfectio, & alteratio locum habent, & ſigna implicita temporis per colorem, ac huius modi cætera. Verùm in compendio plura forſitan, quàm decuit, hac de re diſſeruimus. Nunc ex Ioanne Vannio breue exemplum adponere ob addiſcentium utilitatem placuit: Lector boni conſulat.

Cantus.




Tenor.

Tenor.




Basis.




Cantus.



Tenor.







Baſis.




Exercitium in Muſicis.











Exercitium, ubi mi in bfa♮mi.










Exercitium, ubi fa in b fa ♮ mi.







F I N I S.

BASILEAE,

EX OFFICINA HIERONYMI CVRIONIS, IMPENSIS HENRICI PETRI, ANNO M. D. LIX. MENSE MARTIO.



PUBLIC LIBRARY
OF THE
CITY OF BOSTON.

ABBREVIATED REGULATIONS.

One volume can be taken at a time from the Lower Hall, and one from the Upper Hall.

Books can be kept out 14 days.

A fine of 3 cents for each imperial octavo, or larger volume, and 2 cents for each smaller volume, will be incurred for each day a book is detained more than 14 days.

Any book detained more than a week beyond the time limited, will be sent for at the expense of the delinquent.

No book is to be lent out of the household of the borrower.

The Library hours for the delivery and return of books are from 10 o'clock, A. M., to 8 o'clock, P. M., in the Lower Hall; and from 10 o'clock, A. M., until one half hour before sunset in the Upper Hall.

Every book must, under penalty of one dollar, be returned to the Library at such time in October as shall be publicly announced.

No book belonging to the Upper Library, can be given out from the Lower Hall, nor returned there; nor can any book, belonging to the Lower Library be delivered from, or received in, the Upper Hall.